Sphera (vt geometre aiūt) est corpus rotunditate perfectuʒ Cuius oēs dyametri sūt equales vt globus ligneus ferreus vel lapideus. Hec aūt duplex est altera solida que proprie sphera dicitur/altera concaua que orbis proprie appellatur Sphera igitur ꝓprie dicta ab Euclide sic describit̄. Sphera ē trāsitus circunferētie dimidij circuli q̄(fixa dyametro) quousq̧ ad locū suū redeat circūducit̄ idē sphera est tale solidum rotundum quod describitur a semicirculo sup dyametro fixa circunducto. Sphera etiā a Theodosio sic describitur/Sphera ē solidū quoddā vnica supficie contentū in cuius medio punctꝰ est a quo omnes linee ducte ad circūferentiam sunt eq̄les Orbis autē est sphera que duabus terminat̄ superficiebus conuexa scʒ exteriore ⁊ cōcaua iteriore. Hec due superficies si cōcentrice fuerint:erit ipse orbis vniformis ⁊ eq̄ spissitudinis circū circa. Si autē earum duo centra extiterint:orbis difformis erit corpulētie ⁊ i ꝑte grossior in parte vero gracilior. Centrū sphere dicitur pūctus i medio eiꝰ a quo omnes linee ad circūferētiā ducte sūt equales. Linea vero recta trāsiēs per centrū sphere applicans extremitates suas ad circūferētia ex vtraq̧ ꝑte (cum circa eā sphera reuoluit̄ axis sphere dicit̄. Duo quidē puncta axem terminātia dicunt̄ poli sphere. Uniuersa quidē huiusmūdi corporei machina vnica supficie cōuexa videlʒ supremi celi cōtinet̄.in cuiꝰ medio) ꝙ terra est centrū)est signabile. atq̧ ab extremo ad extremū vniuersi ꝑ centrum secundū reuolutionē celi:axis est producibilis.cuius duo extrema pūcta dicūtur poli mundi.quorum vnꝰ nobis sublimis semꝑ iuxta stellā marisseu minorē vrsam fixus ē. Merito itaq̧ mūdus iste(licet plurimū corporū cōpositiōe sit aggregatus)sphera nūcupatur

Diffinitio sphere.

Diuisio eius.

Prima diffinitio sphere i speciali

Secūda diffinitio.

Diffinitio orbs.

Eius diuisio.

Quid cētrum.

q̇d axis

q̇d potꝰ.

Q̄d mūdus sphera sit

¶ Istud ē primū capitulū hui⁹ tractat⁹ ī quo actor determiāt de forma mūdi hoc ē q̄liter vniuersi machina structa sit siue quot q̄b⁹ ⁊ q̄libus ptib⁹ ptineat. Hz tres ptes p̄ma ē q̄rūdā t'minoꝝ expositiua seu declaratiua. Scd̄a q̄ īcipit ibi vniuersalis aūt ostēdit q̄lis sit forma mūdi solū pponēdo. Tertia pars q̄ īcipit ibi q̄d autē celū voluat pbat singulati oīa q̄ ī scd̄a pte ponūtur. ¶ Circa hāc diuisionē ē aduertēdum q̄ ſm Aristotelē ī posteriorib⁹ ⁊ quarto methaphisice p̄mū cuiuslibet ordinate doctrine p̄ncipiū ē q̄d ē q̄d dr̄ hoc ē terminoꝝ diffinitōes prescire. Nam quale q̄d est vnum quodq̄ scire non precognoscētes quid est impossibile est loquēdo de q̄d noīs nō rei nā talē sequit' questionē an est vt pz in secūdo posterioꝝ. Cōueniēter igit' premittūt' q̄d noīs quorūdā vocabuloꝝ huic negocio ptinentiū. ¶ Prima pars adhuc diuiditur in duas pticulas pria ponit dictoꝝ terminorū diffinitiōes. Secūda applicat oīa alia ad mundū sensibilē ibi vniuersa quidē. Prima pticula iterū diuiditur in quattuor ſm q̄ ponūtur quattuor terminorū diffinitiōes qui sunt hij sphera centrū axis ⁊ polus. Secūda ibi centrū sphere Tertia ibi linea vero. Quarta ibi duo quidem. In expositione aūt primi termini sic pcedit p̄mo ponit eius diffinitionē. Secundo diuisionē ibi hec aūt. Tertio mēbroꝝ diffinitōes ibi sphera igit'. ¶ Diffinitio ergo quid noīs sphere in cōi que prio pponit' sic ē intelligēda q2 hoc nomen sphera apud geometras (qui principaliter de magnitudinib⁹ ⁊ corporib⁹ ītendūt) significat corpus oīno ⁊ pfecte rotūdū cuius oēs dimēsiones (que mēsurātur p dyametros) videlicet lōgitudo latitudo ⁊ pfunditas sunt equales. Propter primū excludunt' corpora superficierū planarū que nō dicunt' sphere propter secundū abiciuntur quedā rotūdorū corporū scz irregularia vt sunt corpora oualia ⁊ lēticularia ⁊ alia huiusmodi que etiam nō dicuntur sphere. ¶ Notādū q̄ cū sole tres sint oēs dimēsiones de qualibet earū p vnū dyametrū certificamur cāq̄ sua dyametro mēsuram⁹ tāta ei erit dimēsio longitudinis quāta est diameter ſm longitudinem protracta ⁊ sic de aliis. Quare corpus sic diffinit' a quibusdā q̄ est magnitudo que pōt tribus dyametris sese ad angulos rectos intersecātibus mēsurari ab aliis ꝟo diffinit' sic q̄ ē magnitudo in qua sunt ptrahibiles tres dyametri sese ad angulos rectos itersecantes. si igitur alicuius corporis oēs dyametri sunt equales: ⁊ oēs dimēsiones erunt sil'r equales ⁊ tale corpus erit tā longū q̄̄ latū aut profundū et hoc est sphera. Unde p hoc quod dicit' in diffinitione sphere cui⁹ oēs dyametri sunt equales intelligit' ēt q̄ oēs eius dimēsiōes sunt equales vt pz de globo ligneo quem artifices torno subtiliter fabricant. ¶ Textus. Hec autē. Ponit diuisionē sphere dicens q̄ duplices sunt sphere quedā solide idest plene proprijs dimēsionibus (vt qn̄ sphera est lignea ⁊ tota plena dimēsionibus ligneis) ⁊ hee pprie ⁊ stricte dicunt' sphere. Alie sunt concaue sphere idest non oīno plene eisdem dimensionibus vt si sphera esset lignea intra se aerē vel aliquod aliud corpus ptinens.

Nō sunt nisi tres dimēsiones.


⁊ hee pprio noīe dicunt' orbes cōi vero noīe dicuntur sphere. Diuisio ergo sphere est q̄ sphera diuidit' in spherā ⁊ orbē ad instar diuisionis pprij in primo thopicoꝝ cū pprium diuidit' in pprium ⁊ diffinitionē. Cum em̄ aliqua species ē innominata sortitur nomen gn̄is. Hoc etiā mō dispositio diuidit' in dispōnē ⁊ habitū ī predicamentis. Et casus diuidit' in casum ⁊ fortunā secūdo phisicoꝝ ⁊ res publica diuiditur in regnū optimoꝝ gubernationē et rē publicā. popularitatē paucoꝝ potentiā tirānidē ⁊ alias reipublice spēs in tertio politicoꝝ. Utrū aūt dicta sphere diuisio sit gn̄is in spēs vel alterius modi logicum nō mathematicū est negociū. ¶ Text⁹. Sphera igit'. Subiūgit mēbroꝝ descriptiōes ⁊ prio sphere pprie dicte secūdo orbis ibi. orbis aūt. Sphere autē ponit duas descriptiōes prio vnā sumptā ab Euclyde megarensi i vndecimo sue geometrie vbi tractatū de corporib⁹ aggreditur. Que diffinitio aut descriptio sic dz itelligi. Sphera ymaginabiliter cōficit' ex motu circulari cuiusdā semicirculi super dyametro fixa reuoluti quousq̄ redeat precise ad locū vn̄ moueri cepit. Et sic pz q̄ ista propō sphera est trāsitus non est quidditatiua aut formalis sed causalis ē em̄ sensus q̄ sphera ex trāsitu semicirculi ymaginario causatur ideo subiungit' in textu in sphera est tale solidum rotundum ⁊c̄. Et capitur hic dyametro pro vt est abltīs illius nti dyametrus qui est generis feminini p mutationē terminationis grece de os in us iuxta regulā Alexādri. Os grecū mutabis ī us muliebre nō autē prout ē abltīs illi⁹ noīatiui dyameter. ¶ Pro hui⁹ tn̄ descriptiōis pleniore ītelligētia notādum est primo q̄ figuraꝝ quedam sunt plane aut sup̄ficiales ille videlz que linea men tis quibusdā in sup̄ficie aliqua describunt' claudunt' ⁊ terminātur vt triangul⁹ quadrangulus ⁊ circulus. Alie sunt figure solide siue corporee que scz superficie vel superficiebus terminātur vt pyramis cub⁹ et sphera sicut aūt se hz circulus in planis ita ⁊ sphera in solidis vt dr̄ in secūdo celi ille em̄ vnica linea terminat' hec vero sola vna sup̄ficie ptinet'. ⁊ sicut circul⁹ lineis rectis in ptes diuidit' sic ⁊ sphera sup̄ficieb⁹ planis vel rectis secat'. linea em̄ recta ab extremo ad extremū circuli ducta eū in duas ptes diuidit q̄ si p centꝝ transierit diameter circuli dr̄ eū q̄ in duas ptes secat equales q̄ duo semicirculi aut duo dimidij circuli dicunt'. si aūt extra cētrum dicta linea ptracta fuerit corda dicit' ⁊ in portiōes inequales maiorem scz q̄ semicirculo ⁊ minorē circulo diuidit illaq̄ portio maior erit in q̄ centrū circuli remāserit reliqua ꝟo minor. Itidem ⁊ sup̄ficie recta ymaginabilit' p sphere corpulentiā ducta circulus sphere sector dicitur qui si p cētrum transierit circulus maior appellatur spherāq̄ ī duo equa (que duo hemispheria dicunt') ptitur. si vero extra centrū fuerit circulus minor dicit' et spherā in portiones inequales diuidit. ¶ Sciendū secūdo q̄ in figuris planis linea vel linee aliquā figurā t'minātes dicūt' periphería pimeter vel circūferētia illius figure. superficies vero tali pimetro inclusa et terminata area vr̄. ideo in circulo linea illa curua


Qd vniformiter diuidūt circul⁹ ⁊ sphera.

Quidē circūferētia dimidij circuli.


terminās areā dr̄ circūferētia vel pimeter circu
li. quelibet aūt talis linee portio arcus noiar̄ ꝛ
si illa portio fuerit medietas ei⁹ dr̄ arc⁹ semicir
culi aut circūferētiā dimidij circuli si ꝟo fuerit
portio maior illi⁹ linee curue dr̄ arc⁹ maioris
portiōis. si aūt minor: arc⁹ minoris portōis cir
culi dr̄. ¶ Aduertēdū tertio qꝫ ꝛ si phūs i sexto
phisicoꝝ satis bñ demōstret nullū ꝯtinuū ex i=
diuisibilib⁹ posse ꝯstare: mathematici tñ ex ali=
cui⁹ idiuisibil fluxu motu ꝛ ductu ꝯtinuū ymagi=
ginarie describūt. vñ ex fluxu pūcti lineā ex du
ctu aūt linee supficiē ꝛ
ex trāsitu supficiei cor
pus describūt ꝛ ꝯstitu
unt vt pꝫ i scđo ꝛ vn=
decio geometrie Eu=
clydis i multꝭ ꝓpōni
bus: q̄re euclydes ibi=
dē ex trāsitu triāguli
ortogonij sr̄ latere ma
iore rectū āgulū ꝯtinē
te piramidē rotūdā ex
motu aūt q̄drāguli re
ctāguli altera pte lon
gioris sup vno ex late
rib⁹ lōgiorib⁹ fixo co=
lūpnā rotundā. sr̄ vno
aūt ex laterib⁹ breuio
rib⁹ tipanū. ex reuolu
tiōe demū dimidij cir
culi spherā ymaginari
am descriptōe ꝯstituit
Silr̄ ex trāsitu portio
nis minorꝭ circulo cor

Utrum ymagiationes mathematicoꝝ sint rebus cōsone.





Corpus ouale

pus ouale. sꝫ ex trāsitu portiōis maioris corp⁹
lēticulare describerem⁹. Tales em̄ corpoꝝ de=
scriptiōes etsi i re nulle sint tñ ꝓposito geome=
tre satisfaciūt. Et abstrahētiū nō ē mēdaciū ex
scđo phisicoꝝ Scđm ꝙ premissa hec sphere de=
scriptio ab Euclyde habita sic est intelligenda
Sphera ē q̄dā corp⁹ quod describi aut ꝯstitui
ymaginamur a q̄daꝫ semicirculo sr̄ dyametro
fixa vna p̄cise reuolutiōe circūducto. Ille ei se
micircul⁹ suo fluxu totū illđ spaciū intelligir̄ re
plere ifinitis semicirculis: causando scꝫ i quolꝫ
loco illi⁹ spacij vnū sibi similē ꝛ equalē semicir
culū. Uidit q̄dē Euclydes nullū corp⁹ apđ nos
artificio sic posse aptari: vt pfecte rotūdū dici
possit aut pfectā sphere habeat rōnē: vel ꝓpter
dimēsionū ei⁹ ieq̄litatē vel pp supficiei aspita=
tē cui⁹ ptes nō silr̄ cōiacēt: sꝫ alie alijs supemi=
nēt: dedit igir̄ ymaginariā sphere ꝯstitutionem
q̄ spherā pfectā possim⁹ ꝯtēplari ymaginari ꝛ i
tueri. Per hoc ei qꝫ semicircul⁹ circūferr̄ cuius
extremitas (q̄ linea curua ē) pfūditate caret su
pficies sphere ab ea descripta vniformissima i=
telliger̄: nec ptes alias sublimiores alias depres
siores cognoscer̄ habere. Corpulētia itē sphe=
re ab area semicirculi descripta oēs dimēsiones
habebit eq̄les qꝫ cē=
trū semicirculi cētrū
sphere euadet vt Cā
pan⁹ dicit q̄re oēs se
midyametri sphere
erūt eq̄les. Añ notā



ter dicit text⁹: Trāsit⁹ circūferētie dimidij cir=
culi (capit tñ iꝓprie circūferētiā ꝓ toto ipo se=
micirculo ex area ꝛ circūferētia ꝯstāte. nā sec⁹
vna supficies rotūda nullaqꝫ corpulētia itra il=
lā itelligerer̄ descripta) qꝫ si minor semicirculo
aut maior eēt portio nō sphera sꝫ corp⁹ ouale aut
lēticulare describerer̄ vt paulo añ dictū ē. Dici
tur notāter fixa dyametro qꝫ si dū semicircul⁹
reuoluir̄ dyameter ei⁹ ꝟsus aliquā drīam positio
nis mouerer̄ corporis descripti dimēsio ea ex pte
maior euaderet sicqꝫ sphericū nō eēt. Dr̄ notāt
q̄usqꝫ ad locū suū redeat qꝫ hoc sufficit ad sphe
re descriptionē. ꝛ itē qꝫ si vlteri⁹ reuoluerer̄ se=
micirculus aut corpus iam descriptū resecaret
aut aliud simul corpus cū p̄mo penetratiue de
scriberet quoꝝ primū frustra eēt scđꝫ autē ꝑ na
turā est ipossibile ¶ Sūt tñ q̄ hāc ex Euclyde
sumptā sphere descriptionē aliter accipiāt. qua
si ymaginat⁹ fuerit ipe qꝫ semicirculi sola circū
ferentia (area seclusa) sup dyametro fixa circū=
ducta corpus qđ ab ea cōtinue exterius tāgi et
circūscribi ymaginamur spherā eē. vt facile eēt
videre i materia bene diuisibili scꝫ cera aut bu
tiro circūducēdo illā pipheriā. Quare dicūt hāc
mire efficacie descriptionē qua (ꝛ si latēter phi=
losophico more) spheraꝝ ꝯficiēdaꝝ quātū sensi
bilis materia recipe videlꝫ artificiū ꝛ istrumē=
tū isinuar̄. Si ei ex leui calibe aut ferro semicir
cul⁹ (excauata area dimissaqꝫ circūferētia acu=
ta cū duab⁹ extremalib⁹ dyametri portionib⁹)
acciplar̄ instrumentū esset tornādis spheris ap
tissimū: hāc igir̄ vtilitatē vt aiūt sua descriptio
ne attulit Euclydes. ¶ Sꝫ q̄uis hec pulchra
ꝛ igeniosa videanr̄: hāc tñ nō fuisse Euclydis
mētē sed quā supra dedim⁹ quadrupliciter mō
strar̄. Primo qꝫ quātūcūqꝫ subtiliter tale istru=
mētū fiat nūqꝫ tñ sphera pfecta ꝑ illud cōficier̄
quin partes supficiei ei⁹ dissimiliter ꝛ alie super
alias iacerēt: dimēsionesqꝫ aliquātulū iequales
euaderēt. cū materia sēsibilis nō tales formas
seu figuras recipe possit quales mathematici
cōcipiūt vt satis ꝓbar̄ in p̄mo de aīa ꝛ in tertio
methaphisice ꝯstat aūt Euclydē sua descriptōe
pfectā spherā voluisse demōstrare. Secūdo qꝫ
eodēmō intelligit ipse ex fluxu pūcti describi li
neā ꝛ ex ductu linee supficiē sicut ex trāsitu sup
ficiei corpus. sed i secūdo geometrie duo prima
taliter intelligit vt ex fluxu pūcti describi lineā
dicat eo qꝫ pūctus in toto illo spacio ymagina=
rie infinita pūcta sibi imediata ꝛ lineā cōstitue
tia fluxu suo causet. et ex ductu linee in lineam
superficiē dicit describi eo qꝫ in tota illa dimen=
sione per quā mouetur infinite linee similes pri
me sibi imediate ꝛ superficieꝫ integrātes yma=
ginētur causate. ergo i vndecimo geometrie sic
intelligit Euclydes ex transitu semicirculi de=
scribi corp⁹ spherale quasi superficies semicir=
culi motu suo ifinitas tales superficies sibi im
mediatas totūqꝫ illud spaciū replentes ꝛ sphe=
ram ꝯstituentes causet. maior pꝫ ex proportio=
ne quam habent duo prima ad tertium scđm su=
as descriptiones: minorqꝫ ꝓbatur ex multis cō
clusionibus secūdi libri geometrie vbi quādoqꝫ
superficiē parallelogramā quadrangularem di
cit vnica linea cōtineri qꝫ ex ductu vnius linee

Expositio alio rum.

Impugnatio.

Pria rō

Secūda ratio.

in seipam describitur. aliquādo p̄o duab⁹ line-
is dicit ipām eē ꝯtentā q₂ ex ductu vnius linee
in aliā describit̄. Cōstat aūt quadrangulū quat
tuor terminari lineis non vnica aut duab⁹ dun
taxat. oꝫ ergo si dicta Euclydis in scd̄o sūt p̄a
ꝙ punctū extremū linee fluētis describat vnam
aliā lineā fluxu suo ⁊ ipāmet linea fluēs eā ⁊ al
teram lineā q̄ est latus quadranguli prio lateri
oppositum. ⁊ q̄ rōne vnā lineā cāret eadē infini
tas. sphērā igr̄ a semicirculo describi est ex mo-
tu semicirculi corpulētiam eius quasi ex infini
Tertia ratio — tis semicirculis constantem causari. Tertio q₂
eodem modo intelligit Euclydes spheram ex
transitu semicirculi describi sicut pyramidem
rotundam ex transitu trianguli rectāguli super
latere longiore continente rectum angulū. ⁊ co
lūpnam rotundā ex trāsitu quadrāguli ortogo
nij super vno laterum longiorꝝ. Sed triangulū
⁊ quadrangulum non dicit periferia describere
piramidem et columpnā: ergo nec intelligit se-
micirculi solaꝫ circūferentiā describere spherā
maior supponitur ex horū proportionabili des-
criptione minor probatur tum q₂ textus nō di-
cit ex transitu linee vl' periferie triāguli aut qua
dranguli sed ex transitu trianguli ⁊ quadrangu
li que sunt nomina supficierū lineis terminata
rum. tum q₂ Cāpanus Euclydis ꝯmētator de
hijs figuris pro superficiebus non pro solis li-
Quarta ratio — neis textum intelligit vt pꝫ ītuenti. Quarto q₂
certum est Euclydem corporꝝ descriptiones eo
modo intellexisse si recte sensit quo cōiter om̄s
geometre antiq̄ ītellexerūt. illi aūt ad sensum
quē dedimus lineaꝝ supficierum et corporꝝ de-
scriptiones intellexerunt scꝫ ꝙ ex alicuius indi
uisibilis transitu infinita indiuisibilia talia fiāt
aut fieri ymaginentur. ergo eodē mō intellexit
Euclydes maior supponit̄ minor probatur per
Aristotelem i multis locis ⁊ p̄cipue i sexto phi
sicorꝝ qui arguit cōtra Democritū Pythago-
ram ⁊ Platonē multosq̧ alios antiquos q̄ sal
tem ad verba cōsiderātibus videtur sensisse di
uisibile cōtinuū ex indiuisibilibus ꝯpositū ab-
ire. constat autē Aristotelem peritum fuisse in
mathematicis modūq̧ ymaginandi eorꝝ recte
sciuisse q̄ mod⁹ vt ipse dicit in scd̄o phisicorꝝ nō
est falsus opꝫ ergo dicere ꝙ ideo contra mathe
maticos antiquos arguit q₂ ipsi realiter crede-
bant continuū ex indiuisibilibus esse cōpositū.
aut si nō realiter sed solū ymaginarie qd̄ voluit
Aristoteles disputatione sua excludere ne ppt̄
modū loquēdi aut ymaginādi mathematicorū
simplices deciperentur credētes ita in re esse si-
cut in ymaginatiōe. Oēs ergo mathematici eo
dē mo[illegible] q̄ diximus istas continuorꝝ descriptio
nes i[illegible]lligunt vel ymaginātur. quod etiam ex
astro[illegible]ogis pꝫ vnū ⁊ purbachius in theoricis suis
eccē[illegible]ricos circulos ex lineaꝝ rectarū fluxu de
scr[illegible]bit. ⁊ domin⁹ Petrus de aliaco sic sentit de
h[illegible]ōi descriptionib⁹ i prīa questione hui⁹ sphe
[illegible]aluo ergo meliori iudicio hec Euclydis dif
[illegible]tio de sphera in sensu primo quē dedim⁹ ac-
[illegible]ienda est. Si cui tn̄ secundus sensus magis
placet nō inficior tn̄ vt michi videt̄ nō ē de Eu
clydis mente. ¶ Textus. Sphera etiā. Ponit
aliā scd̄aꝫ sphere descriptionē datā a theodosio



in libro suo de sphērisque [illegible] de-
bet itelligi sphera ē quod[illegible] cor-
pus solidum idest oīno ple[illegible]ū eis
dē dimensionibus vna sol[illegible] sup-
ficie actu terminatū in [illegible] me-
dio ē dabilis pūctus a[illegible]s re-
cte linee ducte vsq̧ ad [illegible]eren
tiā idest supficiē term[illegible]fe[illegible] sunt
equales. Dicitur not[illegible]t c[illegible]olidū
idest oīno plenum ad [illegible]rentiā
orbis qui non oīno eisdem repletur dimensioni
bus. Dicit̄ notanter vnica supficie ad differen-
tiā aliorū corporū q̄ supficieb⁹ planis actu ter-
minātur nullū enim corpus tale dicitur sphera
quia nullū tale vnica sed supficieb⁹ plurib⁹ ter
minatur sicut nec aliqua figura plana vnica li-
nea recta claudi potest: quēadmodū em̄ in pla-
nis triangulus est prima figurarū recti linearū
ita etiā i solidis tetracedrō siue pyramis quat
tuor supficierū est primū corporū lateraliū co-
nicorū et planas supficies habentiū. Per hoc
ergo ꝙ dicit vnica supficie insinuauit ꝙ illa de-
beret esse curua non recta vn̄ p hoc significauit
ꝙ sphera debet esse corpus rotundū nō planum
Dicitur notanter in cui⁹ medio ⁊c̄. ad dr̄iaꝫ q̄-
rūdam rotūdorū corporꝝ sed irregulariū vt sūt
oualia et lenticularia corpor[illegible]t alia hmōi que
⁊ si rotunda sint nō tn̄ di[illegible] sphere: cū in eis
nullus talis sit dabilis [illegible]s a quo oēs linee
recte vsq̧ ad supficiē [illegible]lē ducte sint equa
les. ¶ Notandū ꝙ h[illegible]da sphere diffinitio — Cōparatio harꝝ diffinitionum
differt a prima precedente in hoc: quia illa diffi-
niebat spherā q[illegible] ad suū fieri. docebat em̄ mo-
dū ymaginabiliter cōstituendi fabricādiq̧ sphe
ram. hec vero diffinitio ē de sphera quo ad eius
factū esse ostēdit eni qualiter spherā iam factā
cognoscere poterimus. ¶ Textus. Orbis aūt
Dat diffinitionē secundi mēbri precedētis diui
sionis scilicet orbis ⁊ primo diffinit/secundo di
uidit. ibi: hee due. Pro huius tamen diffinitio-
nis euidentia sciendū ꝙ duplex est supficies q̄
dam plana et hec est tam s̄m longitudinem q̧
s̄m latitudinem ad eosdē terminos breuissima
oīm extensio. Alia superficies est nō plana illa
scꝫ que inter extrema curuatur et similis diui-
sio solet dari de lineis. Item superficies nō pla
na est duplex: altera est cōuexa vt superficies ex
terior alicuius rotundi vasis. alia est concaua
vt superficies interior eiusdem vasis. hee etiaꝫ
due superficies patēt in testa oui. Diffinitio er-
go orbis sic intelligit̄. Orbis est sphera cōmu-
niter dicta id est corp⁹ pfe
te rotūdū sꝫ ꝯcauum idest
nō planū eisdē ⁊ pprijs di
mēsiōib⁹ (lꝫ alenis repleat̄
q₂ nihil in nat̄a vacuū eē p̄t)
termiatū duab⁹ actu sup-
ficieb⁹ vna exteriore ꝯue-
xa alia iteriore ꝯcaua qua
le corp⁹ fictile aut argēteū
vel ligneū bn̄ rotūdū mul
ti faciūt ad aliq̄d int⁹ repo
nēdū. Cōsueuert ei aliq̄ue
matrone pomum argēteū
ignitis carbonib⁹ plenum



tp̄e hyemis ad ecc[l]iaʒ manu deferre. aliꝗ̄ āt sil'e pomū ligneū aut [fi]ctile hn̄t ad pecunias seruā das q̄ oīa corpora si bn̄ rotūda sūt orbes ꝓprie dicūtur. Sic etiā omnia elementa preter terraʒ (que sphera propri[e] dici potest) omnes quoꝗ celi cōmuniter sph[e]r[e] [pr]oprie vero orbes dicuntur. Partes etiam [t]err[e] (si bene rotundū esset) orbes dicerentur. [Textus.] [Spera] [a]utem [dicitur] [du]obus [m]odis. Hee due. Hic ponitur orbis diuisio q̄ [et]iam [ci]rc[u]laris. est duplex ē orbis quidā vniformis ille. s. cuius vtraꝗ terminal' sup̄ficies alteri ꝯcētrica ē idest hn̄s idē cētrū cū ea. talis ei orbis circū circa ē eq̄lis spissitudinis et corpuletie ali⁹ ē orbis difformis ille videlʒ cui⁹ vna t'minal' superficies alteri est eccētrica idest hn̄s cētꝝ suū extra cētrū alteri⁹. tal'. itaꝗ orbis nō vbiꝗ ē eq̄lis crassitudinis corpulētieꝗ sʒ parti latior ꝛ grossior. parti subtilior ḡciliorꝗ.




Hec āt orb; diuisio ꝓ q̄rto capi. hui⁹ erit accōmodatissima. Sʒ ex hac orb; diuisiōe possʒ ꝯtra ei⁹ datā diffinitionē sic argui q2 illa nō oī ꝯuēit orbi ꝙ īsufficiēs ē. aītecedēs probat̄ quia non conuenit orbi difformi. pʒ nam ille non est corpus perfecte rotundum vt videtur [q̄] [t]ñ erat vna particula ī diffinitione orbis po[sita] [v]el necessario ītellecta. Dicendum tamen ꝙ illa particula diffinitionis orbis. scʒ corpus perfecte rotundum debet ītelligi quo ad superficiem conuexā exteriorem et sic intellecta ꝯuenit etiam orbi difformi omnes enim eius semidyametri ad illam superficiē terminati sunt equales. ¶ Textus. Cētrū sphere *Quid cētrū quid axis* Ponit diffinitionē secundi termini scʒ quid est centrum que diffinitio ex hȳs que circa secūdā sphere diffinitionē a Theodosio habitam dicta sunt satis manifesta est. ¶ Text⁹. Linea vero Ponit tertiū termini scʒ axis diffinitionē dicēs ꝙ linea recta ymaginabiliter transiens ab vno extremo superficiei exterioris sphere per cētrū vsꝗ ad aliud cuʒ hoc ꝙ super illam fiat motus circularis sphere axis dicitur. Pro huius intelligentia sciendum est ꝙ isti duo termini dyameter ꝛ axis se habēt sicut superius ꝛ inferius omnis enim axis est dyameter sed non conuertitur *Quō differūt dyameter ꝛ axis* predicatio. dyameter enim est linea recta transiens per medium cuiuslibet figure siue illa plana sit siue solida siue rotunda siue angularis. ꝛ hoc modo dicimus dyametrum circuli dyametrum quadrati. et dicitur talis linea dyameter quasi duorum equalium mensura eo ꝙ figuram aliquam in duo equalia diuidat. non tamen requiritur ad hoc ꝙ aliqua linea dyameter dicatur ꝙ figuram per cuius medium transit semꝑ in duo equa diuidat licet ab hac proprietate nomen sit ei impositum vt patet de axe sphere que eam nō diuidit: nichilominus tamen dyameter dicitur. aliud enim est id a quo nomen imponit' ꝛ aliud id ad quod significandum imponitur sicut hoc nomen lapis imponitur illi corpori a lesione pedis vt cōmuniter dicitur nō tamē om̄e ledens pedem est lapis neꝗ omnis lapis ledit pedem. Axis autē solum dicitur linea recta trāsiens per centrum sphere cum super illam sphera mouetur. ꝛ dicitur axis ad similitudinem ligni super quem voluuntur rote in curru. vnde dyameter lati⁹ vocabulū est q̄ȝ axis. ¶ Text⁹ Duo quidem. Dat diffinitioneʒ quarti termini scilicet quid est polus dicens ꝙ est extremitas vel punctus terminans lineam quam diximus axem: vnde motus sphere dicitur fieri et super axē ꝛ super polos: ideo poli dicūtur esse sphere quasi corporis moti super illos. dicuntur etiam idem poli quorundam circulorum in sphera descriptorum a quorum scilicet singulis partib⁹ alter polorū equi distat et hec est diffinitio poli s̄m geometras eo ꝙ mota sphera mouentur circuli in sphera descripti. Polus autem grece vertex est latine eo ꝙ super illum fiat vertigo aut reuolutio corporis. ¶ Textus. Vniuersa quidem. Hec est secūda particula huius prime partis in qua auctor omnia dicta applicat ad vniuersum de q̄ est principalis intentio hui⁹ tractatus et deducit istam conclusionem ꝙ vniuersū est sphericum vel ꝙ tota reruʒ corporalium machina est vna sphera. Et ratio sua talis est vniuersum habet oēs conditiones ad spheram requisitas ergo est sphera. antecedēs probat quia s̄m premissa sphera est corpus perfecte rotūdū vna superficie contentum in cuius medio est dabilis punctus a quo omnes linee recte vsꝗ ad superficiem ducte sunt equales. ꝛ a cuius extremo ad extremuʒ per medium est protrahibilis axis cuius duo vltima puncta dicuntur poli super quibus fit motus sphere. Sed omnia ista sunt dabilia in toto vniuerso. clauditur enim ꝛ terminatur vnica superficie conuexa supremi celi (quia extra celum nullum corpus est vt probatur in primo celi). Est etiam dabile centrum in vniuerso ꝙ est punctus fere ī medio terre. ꝑ quod quidem centrum axis vniuersi est protrahibilis ab extremo ad extremū conuexitatis celi suꝑ quem fit reuolutio primi mobilis ꝛ hoc significat̄ cum dicit' s̄m reuolutionem celi. Poli aūt dicūtur duo pūcta celi īmobilia q̄ sūt extremitates dicti axis ymaginarij. Alter hoꝝ polorum nobis semper apparet cui ꝓpinquior stella octaue sphere est illa quā dicunt stellam maris vel nautarū q2 ad eā naute respicientes itinera sua ꝑ mare dirigūt. Propinquior etiā huic polo nr̄o constellatio a poetis et ph̄is vrsa minor vel septētrio dicit' a vulgaribus aūt bucina: ergo ꝯclusio vera ꝙ vniuersum est vna sphera nō quidē simpliciter accipiēdo vnū sed ꝑ aggregationē ꝛ hoc textus innuit cū dicit licet [p]lurium corporum ꝯpositiōe. Vnde cum iste tra[ct]atus sit principaliter de vniuerso merito dictus [ē] tractatus de sphera mundi.

¶ Reuerēdissimi domini Petri de aliaco cardinalis ꝛ episcopi Cameracensis [d]octorisꝗ celebratissimi questio prima.

Queritur p̄mo vtrum diffinitio sphere [sit] bona quaʒ dat auctor in textu. s. Sphe[ra] est transitus circūferētie dimidij circuli q̄ quotiens fixa diametro quousꝗ ad locum suum redeat cōducit'. Arguit' primo ꝙ nō: q2 terminus *Quare dict⁹ est iste tractat⁹ de sphera.*

vni⁹ p̄dicamēti nō bū diffinit̄ p terminū alt'ius
predicamēti mō sphera est de p̄dicamento qua=
litatis ⁊ trāsitus de p̄dicamēto actōis vl' passio
nis igitur. ꝯña est nota maior pʒ qꝛ diffinitio dʒ
dari p essentialia minor nota est. Et ꝯfirmat̄ ra
tio qꝛ sphera ē sbā cū sit corpus solidū vt dicit
Theodosius: transitus ṽo est mot⁹ ergo sphe=
ra nō est transitus ⁊ per cōsequēs diffinitio nō
est bona. Scd̄o sic: qꝛ termin⁹ mathematicalis
nō debʒ diffiniri p t'minos ĩportātes mot⁹ mō
sphera est terminus mathematical' ⁊ trāsitus ē
terminus importās motum igit̄ cōsequētia est
nota maior pʒ qꝛ mathematica abstrahit a mo=
tu ⁊ a materia minor nota est. Tertio sic: qꝛ res
nature pmanentis per rem successiuā non debʒ
diffiniri/ mō sphera est res nature pmanentis ⁊
transitus nature successiue igitur. Quarto sic:
qꝛ si sic seq̄tur ꝙ equales transitus essent equa=
les sphere sed cōsequens est falsum. ⁊ pʒ conse=
quētia: sint duo semicirculi ⁊ sit dyameter vni⁹
dupla ad dyametrū alterius tūc possibile est ꝙ
in equali tpe circūuoluantur illi duo semicircu=
li ⁊ tunc illi transitus erūt equales tñ sphere nō
erunt equales vt notum est immo vna esset du=
pla ad aliam. Quinto sic qꝛ si sic sequeretur ꝙ
omnis sphera esset corpus solidū. cōsequentia
est nota qꝛ corpus descriptū ex tali transitu est
solidū sed cōsequēs est falsum. ꝙ pʒ qꝛ corpus
solidum debet cōtineri vna sola supficie. s. con=
caua aut cōuexa sed aliq̄ sphere cōtinentur dua
bus supficiebus ergo sphera non est corpus so=
lidum. maior pʒ p quid nois corporis solidi mi
nor pʒ quia si sic sphere celestes non essent sphe=
re qꝛ cōtinentur duplici supficie. s. conuexa ⁊ cō
caua. Sexto sic qꝛ axis seu dyameter semicircu
li non potest esse fixa circunuoluta supficie vel
circunferentia ergo diffinitio est mala. cōsequē
tia nota est ⁊ añs pʒ qꝛ axis est continuus semi
circulo ergo moto semicirculo mouet̄ axis qꝛ ē
pars eius. ❡ In oppositum arguitur per auto
rē dantem illam diffinitionem in textu ⁊ illā al
legat ab Euclide. ❡ In q̄stiōe erūt duo articu
li. In primo respōdebitur ad q̄situm. In secū=
do erūt dubia. ❡ Sciēdū est primo quātum ad
p̄mū ꝙ isti termini circulus circūferētia seu pi
feria sphera/ orbis ro
tūdū ĩ ppria signifi=
catiōe differūt ĩter se



Vñ circul⁹ dr̄ supfici
es plana ꝯtēta ⁊ t'mi
nata vnica linea vere
circulari ĩ cui⁹ medio
est ymaginat⁹ pūct⁹
a q̄ oēs recte linee du
cte ad lineā circularē
ꝯtinētē sunt equales
⁊ illa linea circularis
cōtinēs vocat̄ circū=
ferētia seu periferia.
Sʒ sphera dr̄ corpus
solidū vna supficie. s. ꝯuexa ꝯtentū in cui⁹ me=
dio ymaginat⁹ ē pūct⁹ a q̄ oēs linee recte du=
cte ad circūferētiā sūt eq̄les. Et est aduertēdū
secundū illas pprias significationes illoꝝ ter=
minorū. scʒ circulus ⁊ sphera realiter dr̄nt. nā
si ymaginetur punctus fluens circa aliq̄d cētrū
ymaginatum quousq₃ redeat ad suum locum si
ne accessu vel recessu ad illud cētrum/ tunc talis
punctus describeret circūferentiā circuli nō tñ
circunferentiā sphere. Et causa est qꝛ nō oʒ cir=
culū esse spericum scd̄m profunditatē sed solū
scd̄m lōgitudinem ⁊ latitudinē sʒ opʒ spheram
esse sphericam scd̄m ternam dimensionē. Orbis
vero dr̄ figura spherica duplici supficie conten=
ta in cuius medio ymaginat⁹ est pūctus a quo
sicut prius. Corpus autem rotundū dicitur cor
pus tendens ad sphericitatē nec opʒ q̄d sit sphe
ricū sicut pomū. Ex dictis sequūtur aliqua cor
relaria. P̄mū: orbes celestes nō debēt dici sphe
re pprie loquendo pʒ qꝛ cōtinentur duplici sup
ficie. s. concaua ⁊ conuexa. Scd̄o sequitur quod
tales pprie loquēdo non debent dici circuli. pʒ
quia circulus est superficies plana et tales non
sunt supficies plane immo sphericę. Tertio se=
quitur q̄d proprie debent dici orbes patet quia
sunt figure spherice duplici superficie contente
scʒ concaua ⁊ connexa. ❡ Sciendum est secun= Scd̄m
do q̄d triplex est portio circuli quia quedam est notabile
portio semicirculi alia est maior portio circuli ⁊
alia est minor. Unde portio que est semicircul⁹
dicitur superficies plana ꝯtenta inter portio=
nem circunferentie circuli ⁊ lineam rectā tran=
seuntem per centrum circuli. Sed portio maior
est superficies plana intercepta inter portionē
maiorē talis circūferētie ⁊ lineā rectā transeun
tem sub centro circuli. portio vero minor ꝯtine
tur inter minorem circūferentie portionem ⁊ li
neam rectam transeuntem supra centrum. Et ē
aduertendum ꝙ hmōi portiones diuersas figu
ras describūt si circunducantur circa suos axes
Portio enim que est dimidius circulus descri=
bit figuram sphericam ⁊ porito minor describit
figurā oualem. Sed portio maior describit fi=
guram duorum angelorum ad centrum accedē
tium. ❡ Sciendum est tertio ꝙ secundū yma
ginationem mathematicorum punctus fluens Tertiū
describit lineam ⁊ linea fluēs causat superficiē
⁊ superficies fluens causat corpus. Et ita yma
ginandum est de semicirculo ꝙ si fluat quousq₃
redeat ad suum locum a quo inceperat dyame=
tro quiescente ꝙ causat spheram. ❡ Sciēdum
quarto ꝙ differentia est inter axem ⁊ dyametrū Quartū
saltem rationis quia dyameter dr̄ quecunq₃ li=
nea diuidens vel ymaginata diuidere aliq̄d cor
pus in duas partes equales. nam dicitur a dya
ꝙ ē duo ⁊ metros ꝙ est mensura quasi mēsurās
seu diuidens aliq̄d corp⁹ in duas ptes equales
Sʒ axis dicit̄ linea ymaginata circa quā yma=
ginat̄. aliq̄d corp⁹ reuolui circulariter t'minata
ad ambos polos illius corporis. ex quo sequi=
tur ꝙ in celo non est nisi vnus axis et hoc q̄tū
ad vnum motum scʒ diurnum. sed sunt infinite
diametri ymaginabiles. ❡ Sciendum est quin Quītū.
to ꝙ dupliciter capitur transitus. primo modo
capitur pro motu de aliquo loco in aliquem lo=
cum sed sic non capitur hic. secundo modo capi
tur transitus pro corpore contento a circūferē=
tia ymaginata describi per transitum alicuius

alterius circunferentie ꝛ sic capitur hic. Juxta quod est diffinitio sic exponēda. Sphera est trā situs ꝛcet'a. idest corpus contentum a superficie ymaginata describi ex transitu circunferentie dimidij circuli quousqꝫ illa circūferentia redeat ad locuꝫ in quo incepit fixa diametro. i. diametro non mota motu quo exeat suum locum ꝛ est ista diffinitio descriptiua.

Conclusio responsalis.

¶ Conclusio responsalis est ista diffinitio sic exposita est bona/ patet quia exprimit sufficienter naturam diffiniti ꝛ conuertitur cum diffinito ergo est bona cōsequentia est nota. antecedens patet discurrendo per diffinitiōis particulas. vnde ponitur pmo loco corpus contentuꝫ tanquam genus diffiniti vel tanqꝫ communi⁹. ponitur notanter a superficie ymaginata describi quia realiter non describitur immo stat alicubi esse spheram vbi nunquam fuit transitus factus talis circunferentie. Dicitur notanter quousqꝫ redeat ad suum locum: al'as enim non compleretur. Dicitur notanter diametro fixa qꝛ si moueretur motu quo exiret suum locum tunc non describeretur sphera. Et sic patet ꝙ diffinitio est bona. Et ista diffinitio datur de sphera secundum acceptionem propriam. Nam aliquando large capiunt isti termini sphera/orbis/circulus/ p terminis sinonimis. et he[...]e articulo prio.

Scd'us articul⁹. Primū dubium.

¶ Quātum ad secundum [...]bitatur primo vtrum scientia astrologie cuius scientia huius tractatus ē vna pars sit mathematica vel naturalis. Pro quo est aduertendū ꝙ tres sunt speculatiue scientie in generali. Prima considerat ens inqꝫtum ens et de passionibus ꝛ proprietatibus ipsius entis inqꝫtum ens. et ista habetur in libro methaphisice cuius subiectum vt dicit. p. ibideꝫ est ens nec obstat eius analogia vt dicit Aristoteles ibidem quia analogia non impedit rationem subiecti attributōis. Cuius causa est quia in analogie significatio minus principalis est p attributionem ad significationem principalem igitur pertinet ad eandem scientiam cum principali significatione. Alia scientia speculatiua considerat res inqꝫtuꝫ sunt mobiles seu ad motum habitudinem habentes. Et talis phisica dicitur aut naturalis ex eo ꝙ formalis ratio obiectiua talis scientie est motus cuius natura est principium et cuius subiectum est ens mobile. Tertia scientia speculatiua considerat tres in ordine ad earum quantitates et ad proprietates per se conueniētes quantitati que sūt figure/proportiones/equalitas/ineq̄litas et sic de alijs. et talis scientia vocatur mathematica ꝛ eius subiectum ab aliquib⁹ ponitur eē magnitudo meli⁹ tñ videtur ꝙ q̄titas cōsiderata i ordine ad suas ꝓprietates ꝛ passiōes sit subiectū qꝛ magnitudo ē nomē mag̃ speciale vt videbit post.

Diuisio mathēaticarum sciētiarū

¶ Secundo notandū est ꝙ secundū duplicem commensurabilitatem in quantitate ꝛ etiā secundum duplices proprietates quantitati cōuenientes mathematica totalis diuiditur pma sui diuisione in duas partes generales. Prima considerat de rebus in ordine ad quantitatem continuam et proprietates et passiones de per se conuenientes quantitati continue que sunt figure/equalitas: inequalitas ꝛc. ꝛ ista vocatur geometria et eius subiectuꝫ magnitudo. Alia pars considerat res in ordine ad quantitatem discretam ꝛ ad proprietates quantitatis discrete et eius subiectum est numerus siue multitudo. Et iste due partes sunt generales in mathematica ꝛ omnes alie ad eas reducuntur vel de ipsis participāt.

Mathematice medie vel mixte

¶ Tertio notandum est ꝙ duplices sunt scientie mathematice. nam quedam sunt que docēt operari sicut geometria arithmetica. Cum hoc tamen stat ꝙ tales sunt speculatiue quia licet doceant operari tamen illarum finis principalis est scire propter hoc habemus practicam geometris ab aliquibus distinctam a geometria in se: sed alie sunt sciētie mathematice que non docēt operari sicut est perspectiua. ¶ Quarto notandum est ꝙ cum duabus partibus mathematice prius enumerat̃ q̄ sūt geometria et arithmetica sunt adhuc alie tres partes pricipales scilicet musica pspectiua ꝛ astrologia. Unde musica considerat de quantitate discreta specificatiue tamen per sonos ita ꝙ cōsiderat quantitatem discretam secundum ꝙ est sonora. Sed perspectiua considerat quantitatem continuam et hoc specificatiue per visionem idest secundum ꝙ facit ad visionem et ponitur eius subiectum linea visualis. Sed astrologia considerat de quantitate et magnitudine corporum celestium et commensurabilitate ipsorum ꝛ suorum motuum et de eorum distantia ab ipsa terra. Et ponitur eius subiectum magnitudo mobilis. Et de ista est magis ad propositum. Et iste tres mathematice non sunt pure mathematice sed dicuntur medie. Et de hoc potest triplex causa assignari. Prima nam dicūtur medie inter mathematicam et naturalem scientiam quia considerant res non secundum rationem pure mathematicam nec pure naturalem: sed mixtam ex naturali et mathematica. Secunda causa est: quia iste tres scientie plures conclusiones phisicales demōstrant per pncipia non pure naturalia. Tertia causa est quia ille tres scientie considerant de subiecto complexo ex termino naturali et termino mathematico sicut musica de isto subiecto numerus sonorus.

Dubitatiōes bone.

¶ Sed iuxta hoc sunt due dubitationes. Prima est vtrum sint alique medie scientie inter methaphisicam et naturalem scientiam sicut sunt alique medie inter mathematicam et naturalem philosophiam. Secunda dubitatio est de illis tribus scientijs medijs vtrū magis debeant dici naturales q̄ mathematice vel econtra. ¶ Ad primam respondetur ꝙ inter methaphisicam et scientiam naturalem non stat aliqua scientia media: et causa potest assignari dando dissimilitudinem de methaphisica et de mathematica et scientia naturali vnde si fiat complexio ex duobus terminis vno se habente tanqꝫ formali et altero sicut pure materiali tunc denominatio partim solum ad formale ꝛ ideo dato ꝙ subiectum alicuius scientie complectatur ex termino methaphisice: et termino naturali scientia diceretur naturalis. Sꝫ dum est complexio ex duobus quorum quod=

libet se habet tanq̄ formale tunc ex parte cuiuslibet forme fit aliqua denominatio: ⁊ ita est de subiectis scientiarum mediarum inter mathematicam et scientiam naturalem quia complectūtur ex duobus quoꝝ quodlibet est formale.

❡ Ad secundam dubitationem aduertendum est ꝙ omnes conueniūt in hoc ꝙ si alicuius scientie medie subiectum componatur ex duobus terminis formalibus diuersarum scientiarum tunc scientia debet magis denominari ab vltimo formali. sed tunc illo fundamento dicunt q̇dam illas scientias medias esse magis mathematicas q̄ naturales. Et ad hoc adducūt istā rationē quia in eis vltimū formale est pertinēs ad mathematicam ⁊ sic dant subiecta. s. musice sonus numeratus et perspectiue visio linealis. alij ponunt modum econtrario. s. ꝙ tales scientie sunt magis naturales siue in subiectis earū ponunt vltimum formale esse terminū naturalem vt numerus sonorus est subiectum musice.

❡ Tertio dubitatur circa hoc de aliquibus ꝑuis tractatibus vt tractatus de ponderibus et tractatus de speculis ad quas scientias reducuntur. Ad quod respondetur ꝙ tractatus de ponderibus reducitur ad astrologiam ⁊ tractatus de speculis ad perspectiuam ita ꝙ solū sūt hic scientie mathematice principales. Ex omnibus istis īfertur responsio ad dubium principale. s. ꝙ astrologia est scientia media inter mathematicam ⁊ naturalem. Veruntamen est aduertendum ꝙ differentia est inter astrologiam et astronomiam. Unde astronomia considerat corpora celestia secundum ꝙ sunt mobilia et secundum ꝙ per suos motus possunt coniungi: vel opponi vel se habere in tali respectu vel in tali. Sed astrologia considerat de ipsis q̄tū ad effectus eorum qui ex ipsis possunt sequi ratione oppositionum vel coniunctionum vel aspectuum eorum inter se et ista astrologia vocatur a pluribus astrologia iudiciaria. Et ista est pure naturalis.

Scd̄m dubium

❡ Secundo dubitatur principaliter vtrum vniuersum sit subiectum in isto tractatu. Et videtur ꝙ non q: magnitudo mobilis est subiectum huius tractatus ergo. consequentia est nota antecedēs pꝫ quia iste tractatus generalis est ad totam astrologiam ergo debet habere idem subiectum cum totali astrologia modo magnitudo mobilis est subiectum in tota astrologia ergo ⁊ huius tractatus. Ad oppositū arguitur per actorem in textu vbi ponit ꝙ vniuersalis mundi machina in duo diuiditur et sic videbatur innuere per hoc ꝙ eius intentio erat considerare de vniuerso tanq̄ de subiecto.

Quot modis dicitur vniuersum.

❡ Pro dubio est aduertendum primo ꝙ tripliciter capitur vniuersum. Primo modo pro aggregato ex corporibus celestibus Secundo modo pro primo motore. Et tertio modo capitur vniuersum pro aggregato ex corporibus celestibus et intelligentijs eis applicatis et omnibus mixtis ⁊ quattuor elementis sub orbe lune contentis. Et isto modo capiēdo ille terminus vniuersum non significat tale aggregatum absolute sed respectiue per istum modum ꝙ significat corpora celestia inquantū sunt circulariter mobilia et elementa cum mixtis in eis contentis inq̄tum a corporibus celestibus reguntur per suos motus.

❡ Secundo notandum est ꝙ de isto dubio dicunt diuersi diuersimode. nam dicunt aliqui primo ꝙ ille terminus vniuersum secundum primam acceptionem et secundam nō est subiectum huius tractatus ⁊ hoc notum est secundo dicunt ꝙ vniuersum secūdum tertiam acceptionem eius est subiectum attributionis huius tractatus. Et causa est quia illud conuenienter ponitur subiectum in isto tractatu cui conuenit ratio generalis secundum quam res considerantur in illo tractatu cui cōuenit ratio generalis. modo ita est de isto termino vniuersum quod patet quia ratio generalis secundum quā considerant̄ res est esse corpus circulariter mobile aut rectum a corporibꝰ circulariter motis per suos motꝰ modo ista est ratio huius termini vniuersum secumdum tertiam acceptionem.

❡ Sed contra obiciunt alij per hoc ꝙ iste terminus vniuersum non verificatur de vere cōsideratis in hac scientia scilicet de celo orbe celesti nec de aliquo elemento sed de totali aggregato simul q: de nullo verum est dicere ꝙ sit vniuersum. Isti ergo ponunt ꝙ magnitudo mobilis est subiectum attributionis huius tractatꝰ. Pro quo est aduertendum ꝙ iste tractatus generalis est ad totam astrologiam sicut liber phisicorum ad totam phisicam seu naturalem ita ꝙ in isto tractatu determinatur in generali de illis de quibus determinatur ī speciali in libris specialibus astrologie et sic rationabile est ꝙ idem sit subiectū in isto tractatu ⁊ in totali astrologia. Veruntamen sustinendo primum modū de vniuerso solueretur ratio ad oppositum qua dicebatur ꝙ vniuersum non verificatur de consideratis in ista scientia. ⁊c. dicitur ꝙ verificat̄ de consideratis in hac scientia in obliquo cum isto addito pars et hoc sufficeret ad subiectum.

Quot sūt ptes astrologie

❡ Ulterius est aduertendum ꝙ astrologie ponuntur alique partes principales. Prima pars considerat in generali motus/situs/et figuras corporum celestium. et ista habetur a philosopho in libro de celo sed non debet dici astrologia eo ꝙ non considerat tales per rationes mathematicales sed per naturales. Alia pars considerat in generali motus/situs/et figuras corporum celestium per rationes mathematicas ⁊ ista habetur ab auctore in isto tractatu et est generalis ad alias partes. Tertia pars descendit in speciali ad motus planetarum et circulorum ī corporibus celestibus. et ista habetur a Ptholemeo in almagesto Quarta pars in speciali descendit ad coniunctiōes ⁊ oppositiones et aspectus planetarum inter se et ista habetur etiam a Ptholemeo in almagesto Et ista pars continet sub se quosdam tractatus vbi sunt tabule sicut tabule. Alphōsij et etiam tabule de linerijs Quinta pars considerat de effectibus consequētibus coniunctiones vel oppositiones vel aspectus corporum celestium ⁊ ista vocatur astrologia iudiciaria. et etiā potest ꝓprie vocari astrologia. et ista habet̄ ab Albumasar ī suo ītroductorio. et etiā a Ptholemeo in suo centiloquio.

Et omnes alij tractatus astrologie ad istos reducūtur. et sic patz de isto dubio.

Terciū. dubium

¶ Tertio dubitatur principaliter de diffinitione sphere quā allegat auctor a Theodosio vtrum sit bona scz sphera est corpus solidum vnica superficie contentū a quo rc. Et videtur primo ꝙ non sit bona: quia omne corpus est solidum et quicquid est solidum est corpus ergo superflue ponuntur ambo. Secundo sic: totalis massa terre est vna sphera tamen non est contenta vnica superficie immo duabus scilicet superficie aque et superficie aeris: videlicet superficie aque in terra non habitabili et superficie aeris in terra habitabili. Tertio sic: quia nullus est punctus in sphera a quo omnes linee pertracte ad circūferentiam sunt equales. Quia oporteret ꝙ talis punctus esset indiuisibilis et nullus est talis vt habetur sexto phisicorum.

Tripliciter dicitur solidum

¶ Pro isto dubio est aduertendum ꝙ tripliciter solet capi solidum. primo modo prout tantum valet sicut firmum vel durum sicut ferrum vel lapis et sic eo vtuntur vulgares. Secundo modo dicitur solidum omne illud quod est continuū et sic non capitur in proposito. Sed tertio modo dicitur illud solidum quod est terna dimensione dimensionatum non existens concauū sed ꝑ totum plenū sine repletione corporis alterius speciei. et sic capitur in proposito. Ex quo sequitur ꝙ non superflue ponitur solidum in diffinitione / pz quia non quodlibet corpus est sic solidum. ¶ Secundo notandum est ꝙ mathematici loquentes de idēptitate linee vel superficiei non curant de idēptitate q̄ntū ad essentiam sed soluz de idemptitate quā tum ad continuationem seu contiguationē sine variatione in figuris notabilibus diuersarum specierum. Ex quo pz ꝙ mathematicus diceret terram contentam superficie aque pro vna parte et pro alia parte aeris superficie esse contentam vna superficie. ¶ Tertio notandum est ꝙ mathematicus non multum curat vtrū sint realiter puncta indiuisibilia vel linee indiuisibiles vel superficies: sed solum talia ymaginatur quia admissa ymaginatione talium melius deuenit mathematicus in suū finem. et per hoc soluitur tertia ratio sumpto apūcto ymaginato

Quartū dubium.

¶ Dubitatur quarto vtrum entia mathematicalia sint abstracta a motu a materia et a qualitalibus sensibilibus. pz ꝙ non quia talia coniunguntur et materie et qualitatib⁹ sensibilib⁹ et motibus: ergo non sunt abstracta ab illis. Iterum quia entia mathematicalia diffiniunt per terminos importentes motū vt pz de sphera que diffinitur in textu pertransitum rc. In oppositum est. p. sexto methaphisice et in secundo phisicorum. pz etiam ex ethimologia nominis quia mathematica dicit a mathesis quod est abstractio et ycos ꝙ est scientia quasi scientia de abstractis.

Diuersitas opinionum circa hoc

¶ Pro dubio aduertendum est ꝙ omnes in hoc conueniunt scz ꝙ entia mathematicalia sunt astracta a motu et materia et qualitatibus Sed tamen de intentione eius dicūt diuersi diuersimode. ꝑmo dicūt quidā ꝙ entia mathematicalia sunt abstracta a motu rc. secundum consideratione sed non q̄ntum ad esse Alij dicūt entia mathematicalia vel cōsiderantur per terminos mathematicos vel per naturales. si per mathematicos dicuntur abstracta a motu et materia. si per naturales non. Iterum dicunt aliqui ꝙ entia mathematicalia possunt considerari secundum rem et secundū considerationem. si secundū rem tunc non debent dici abstracta a motu rc. si tū secundū rationē tunc debēt dici abstracta. Sed iterū dicūt alij ꝙ entia mathematicalia pn̄t cōsiderari secūdū esse: vel scd̄m essentiā. si scd̄m esse tūc nō debēt dici abstracta. si scd̄m essentiam tūc sunt abstracta.

Dupliciter dicū tur entia mathemathi.

¶ Veruntamen pro declaratione istorum aduertendum ꝙ duplicia possunt dici entia mathematicalia. Primo termini possūt dici entia mathematicalia. scd̄o res pro quibus supponunt. termini dn̄r mathematicales quia sunt abstracti a motu et a materia rc. Ad talem sensum ꝙ in sua ratione non includunt materiam motum nec qualitatem sensibilem vel si includerēt non minus essent mathematicales. Sed de rebus dicēdum est ꝙ alique res mathematicales sunt realiter abstracte a motu et a materia et a qualitatibus sensibilib⁹. patet quia quattuor intelligentie sunt res mathematicales quia sunt significate per terminum mathematicalem tamē sunt abstracte a motu et a materia et qualitatibus sensibilibus. Secundo dicendum est ꝙ alique res mathematicales sunt realiter abstracte a materia non tamen a motu nec a qualitatibus sensibilibus vt pz de corporibus celestib⁹ Ex quo pz ꝙ si realiter omnes res essēt abstracte a motu non minus essent mathematicales et hec de secūdo articulo.

Ad rationes q̄stionis

¶ Ad rationes questionis ad primaz dicitur distiguēdo maiorem vel loquendo de diffinitione quidditatiua essentiali et sic conceditur. vel loquendo de descriptione quid nominis et sic negatur. Ad confirmationem dicitur ꝙ ibi non capitur transitus pro motu sed pro corpore contento vt dicebatur exponendo diffinitionem ¶ Ad secundam negatur illud antecedens immo propter penuriam nominum licitum est terminos vnius scientie diffiniri per alterius scientie terminos. ¶ Ad tertiam respondetur eodem modo sicut ad confirmationem prime rationis. Ad quartam respōdetur ꝙ transitus esse equales potest intelligi dupliciter vno modo per circulationē ita ꝙ inequali tp̄e complentur equales reuolutiones: ⁊ isto modo consequentia non valet. secundo modo dicuntur transitus equales q̄ntū ad spacium descriptum et isto modo concederetur ꝙ equales transitus equales spheras describunt nec illud reporbat ratio. ¶ Ad quintam dicitur ꝙ bene probat de vi nominis ꝙ orbes celestes non sunt sphere capiendo proprie spheram. ¶ Ad vltimam dicitur ꝙ verum est nec oportet ꝙ fixa sit: sed sufficit ꝙ sit libera a motu quo exeat suum locum. Auctoritas post oppsitum est pro dictis.

## Secunda pars ostēdit qualis sit forma mundi solum proponendo. ⁊ primo de forma regionis elementaris.

Diuisio sphere mundi

Uniuersalis autem mundi machina in duo diuiditur. in etheream scz et elementarem regionem.

Quid regio elementaris

Elemētaris quidem regio alterationi cōtinue peruia existit.

Diuisio eius aut numerus elementorum.

Que in quattuor precipuas partes in ignem videlicet aerem. aquam. et terram subdiuiditur. Et hec quattuor elementa dicuntur que vicissim a semetipsis alterantur corrumpūtur et generātur.

Quid elementū

Sunt autem elementa corpora simplicia que i partes diuersarum formarum minime diuidi possunt. ex quorum commixtione diuerse generatorum species fiunt.

Ordo elementorum

Est autem terra tanq̄ cētrum mūdi in medio omnium sita. circa quam aqua. circa aquam aer. circa aerem ignis illic purus et non turbidus orbē lune attingens vt ait Aristoteles in primo metheororū. Sic enim ea disposuit deus gloriosus et sublimis.

Figure eorum.

Quorum trium quodlibet terrā orbiculariter vndiq̄ circūdat Nisi quantum siccitas terre humori aq̄ obsistit ad vitam quorundam aīantium tuendam.

Motus ipsorum.

Omnia etiam preter terram continue mouentur. que vt centrū mundi ponderositate sua omnem extremorum motum vndiq̄ equaliter fugiens rotunde sphere mediū quieta possidet.

¶ Hec est secunda pars principalis huius capituli in qua auctor ostēdit qualis sit forma mūdi solum proponēdo. habet duas particulas pria proponit qualis sit forma mundi quo ad regionem elementarē in secūda ibi: circa elementarē proponit hoc idem quo ad regionem etheream siue celestem Circa primam sic procedit. primo enim premittit quandā generalem sphere mundi diuisionē. q̄ talis est q̄ vlis id est totalis mūdi machina siue tota sphera mūdi i duas ptes pricipales diuidit scz i regionē etherea q̄ ē ps mūdi celestis et i regionē elementarē q̄ est totū spacium sub concauo orbis lune. ¶ Secūdo ibi. elemētar; qdē. psequit secūdū mēbrū pmisse diuisionis et primo ponit regionis elementaris diffinitionem. secundo eius diuisionem aut numerum partium eius declarat. ibi: que in quattuor tertio earundem ordinem. ibi. est autem terra. quarto harum partium figuram. ibi. quorū triū quinto earum motum ostendit ibi. omnia etiam

Diffinitio ergo in hoc sensu ēst accipiēda q̄ regio elementaris est illa pars vniuersi in qua cōtinue fiunt rerum trāsmutationes alterationes scilicet generationes et corruptiones. Unde accipitur in hac diffinitione alteratio largissime p omni transmutatione. Ideo regio elemantaris ab omnibus dicitur sphera actiuorum et passiuorum. Quod autem postea subditur peruia ē intelligendum id est dans viam et aditum siue est continue subiecta et obnoxia alterationi. peruium enim dicitur id p quod est via ad aliquid sicut etiam inuium id per quod nō habetur via vnde dicimus corpora dyaphana esse visui peruia vt vitrum cristallum aquam et huiusmodi. dicimus etiam lutosam/aquosam/petream/aut desertam regionem esse inuiam: sicut dicitur in psalmo. In terra deserta inuia etc. et hoc modo elementaris regio est peruia alterationi continue quia in ea faciles et assidue fiunt transmutationes. ¶ Textus. Que in quattuor. Hic ponit regionis elementaris subdiuisionem dataq̄ numerum partium eius et primo facit hoc. secūdo ibi. et hec quattuor. declarat nomina illarum partium. Subdiuisio sua clara est. ¶ Textus. Et hec quattuor. Ponit nomina predictarum partium regionis elementaris et quidem nomina earum propria et specialia dicta sunt: quia vocantur ignis aer aqua et terra/ideo declarat nomen omnibus eis commune et primo dicit q̄ iste quattuor partes dicte sunt illa que communiter homines vocant elementa mutuam inuicem pugnam gerentia seseq̄ continue alterantia generantia et corrumpantia. Quodquidem

**Quomō itelligit ꝙ elementa se ipsis corrūpūtur**

non est sic intelligendū ꝙ vnū elementum totū aliud corrumpat quia hoc nunꝗ fit naturaliter vt ꝓbat phūs in primo methcororꝝ dicens. hoc qdē semꝑ manet aere plenū illud vero igne ⁊c̄. vbi intēdit ꝙ elementa quo ad suas totalitates sunt toti mūdo coeua ⁊ eque duratura sicut celestia corpora ex eo ꝙ semꝑ locus ignis est igne plenus ⁊ locus aeris aere ⁊c̄. Sed quod dicitur intelligendū est ꝙ pars vnius elemēti quādoꝗ alterat ⁊ corrumpit partē alterius formāꝗ sue speciei in eius materiā introducit ⁊ econuerso. Et in hoc sensu est accipiendū qđ dicitur in eodē primo methcororꝝ scꝫ ꝙ tēpore calido ⁊ estiuo elementa superiora generantur: inferiora vero corrūpūtur ⁊ in exalstiones resoluūtur. tempore vero hyemali econtra elementa inferiora generantur/superiora vero corrumpuntur et in pluuiam decidunt. ¶ Secūdo ibi: sunt autem elementa. ponit elementi diffinitionem pro maiori precedentiū declaratione que talis est. elementa sunt quedā corpora simplicia. i. nō mixta ex alijs corporibus que tamē in partes diuersarū formarū aut naturarꝝ a se inuicē vel a toto minime diuidi possunt. Licet aūt elementa nō sūt mixta corpora ex eorꝝ tamē adinuicē cōmixtione omnia alia corpora fiunt que in quinꝗ modos generatorꝝ corporꝝ distinguntur.

**Quinꝗ gradus mixtorū corporū.**

In primo gradu ⁊ infimo sunt mixta imperfecta que dicūtur impressiones methcorologice. In secundo lapides ⁊ mineralia omnia que dicuntur mixta inanimata. In tertio vegetabilia et plante. In quarto bruta animalia. In quinto ⁊ perfectissimo gradu sunt homines. Hec tamen diuersitas mixtorꝝ corporꝝ vt dicit̃ in secūdo de generatiōe non ex diuersitate miscibiliū sed ex diuersa eorꝝ adinuicē porportione contēperamentoꝗ prouenit ⁊ vnūquoꝗ mixtorꝝ corporꝝ naturam predominantis elemēti insequitur ⁊ ab eo denominatur vt dicitur in primo celi.

**Utrum sint quattuor elementa**

¶ Circa predicta sciendū est primo ꝙ actor presupponit ⁊ nō probat hic quattuor esse elementa eo ꝙ omniū ferme phōrꝝ sententiā huic cōclusioni fidē facit. et nemine discrepante omnes tā phisici ꝙ medici astrologi quoꝗ methaphisici ⁊ theologi plane fatentur quattuor esse elementa. Accedit ⁊ alia ratio potior. decet em̄ sicut ⁊ medicū (vt Auicenna in canone recte dogmatizauit) ita ⁊ astrologum in hoc phisico credere. omnis quidem inferior artifex credit pricipia sibi a superiore tradita ⁊ non nititur ea probare: quoniā hoc excedit eius facultatē inꝗtū talis. Unde nō interest astrologie que phisice subalternatur sciētie probare quattuor esse elementa sed credere.

**Ratōes aristotel̃ ad hoc.**

Probat enim eorꝝ numerū magnus phisicus Aristoteles precipue tribus i locis sue phisice: primo in quarto de celo ex numero qualitatū motiuarū secundū locū. deinde in secūdo libro de generatione ex quadruplici possibili qualitatum primarū actiuarū ⁊ passiuarū adinuicē cōbinatione. tertio in primo metheororꝝ ex diuersa ⁊ multiplici in materiā elementarem celestiū corporꝝ actione. Si aliqua tamen probatio astrologica pro hac conclusione adduci posset non multum

**Ratio astrologorū ad hoc**

differret ab ista tertia Aristotelis ratione. vnde et Ptholemeus in prima parte quadriptiti: et Albumazar in primo tractatu de magnis coniūctionib⁹ oēs astrorū influētias ad quattuor elemētorū ꝯplexiones reducūt: quasi elementa ipsa ex celorū ⁊ astrorū motib⁹ sue distictionis trahāt originē.

**Aliq̄ negauerūt elemētū ignis**

¶ Aliqui tamē elementū ignis negare voluerūt tali persuasi ratione. si enim vt aiunt inter nos ⁊ celū esset ignis ita magnū corpus vt ponitur videremus ipsum ⁊ nō tādiu lateret nos. vel enim esset ignis lux vel flāma vel carbo. has nāꝗ tres species ignis philosophus in quinto thopicorū distinguit. quia igitur nihil horū etiā in summa serenitate noctisꝗ obscuritate videmus cōcludunt nullum ibi esse ignem.

**Contra eos.**

Sed isti decipiūtur nesciētes ad questionē quā argumentū proponit respondere. ignis enim in decuplo aere rarior est: quia fortius a celo agitatur trahitur ⁊ mouetur. motus aūt causa calefactionis ⁊ rarefactionis ponit̃ in primo metheororū. si igitur aer ꝓpter suā raritatē visum non terminat nec a nobis videtur nisi de per accidens ingrossatus: multominus ignis in propria sphera videri poterit: nisi aliene materie et grossiori icorporatus. Distinctio aūt illa ignis triplicis incōueniēter adducitur. est eni de mēte quorūdā ātiquorū et satis i hoc delirantiū. lux siquidē cū sit qualitas non condiuiditur sub eodem genere ꝓximo carboni aut flāme/que substantie ⁊ corpora sunt. Item flāma et carbo nō specie sed accidente differūt. vñ et eandē distinctionem Aristoteles ibidem post pauca refellit exempla enim naturalia aut moralia que Aristoteles in libris logicis ponit nullius sunt auctoritatis.

**Multiplex acceptio elementi**

¶ Sciendū secundo ꝙ elementū vt phūs dicit in quinto methaphisice ꝓprie loquendo sola materia prima dicitur. Est enim elementum ex quo primo cōponitur res cum insit indiuisibili ƀm speciem: qđ proprie nō conuenit nisi materie prime. ea quidē simpliciter prima est in rerū naturaliū compositione. est eni subiectū et fundamentū totius actionis naturalis. Extenditur tñ vocabulum elementi qñꝗ ad oē principium intrinsecū rei quomodo capitur ƀm quosdam a philosopho in pricipio ꝓhemij phisicorū cū ait quarū sunt principia cause aut elementa. Transumitur etiam quādoꝗ idem vocabulum ad significandū omne primum in aliquo genere rerū quomodo litteras elementa grāmatici vocant. Principia etiā cuiuslibet scientie eius elementa dicūtur. vnde dicimus librū elemētorum geometrie Euclydis illum in quo et pricipia et precipuas geometrie cōclusiones tradidit. Prima insuper corporum ignis: scilicet aer/aqua/⁊ terra transumpto vocabulo elementa dicuntur in quo sensu vtitur Aristoteles hoc nomine in plerisꝗ sue phie passibus. non tamen ea simpliciter elemēta dicit sed vocata elementa corporū vt patet in scđo de generatione et primo metheororum: per hoc videlicet innuens non proprie sed trāsumptiue hec quattuor corpa elemēta dici. Auctor etiam iste in hoc sensu elementa diffiniuit pro primis scꝫ corporibus/que ex alijs mixta non sunt: sed alia omnia ex ipsis. Textus. Est autem terra. Declarat ordinē elemētorum et primo facit hoc. secūdo causam ordinis assignat ibi: sic enim ea. Ordo autem elementorum talis est ꝙ terra est sub omnibus elementis ⁊ in medio oim corporū velut eorū et totius mundi

centru in sita. ⁊ immediate super ipsam ⁊ in ei⁹ circuitu est aqua. super aquā aer. sup aerē ignis qui immediate celum lune attingens purus et non turbidus illic residet. Per circa autem sepe repetitum auctor supra vel in circuitu intelligit In rotundis enim concentricis siue circulis siue corporibus quod alterum circuit ⁊ ambit supra illud est: quia a centro distantius. centrum autem locus inferior est: circunferētia vero superior vt dicitur in quarto de celo. Dicitur notanter ignis purus et non turbidus. purus quidem propter immixtionem aliene nature. vt enim dicitur in primo metheororū vel elementū simplex nullibi est vel si alicubi in loco ignis est. extrema etiam medijs elementis sunt simpliciora et magis pura minusq̄ mixta vt dicitur ī secūdo de generatione. Ignis etiā non turbid⁹ dicitur q2 eo vapores non ascendunt neq̄ ibi nubes generantur vt enī habet philosophus in primo metheororum non modo in sphera ignis verū nec in suprema aeris regione nubes constare coagularīq̄ possunt. ¶ Textus. Sic enim ea. Dat causam predicte ordinatiōis elementorū et ne posset in errore deprehendi recurrit ad supremam omnium causam que est diuina voluntas dicens ꝙ deus sua infinita bonitate et sapientia qua elementa formauit cognouit quis locis vnicuiq̄ eorū iuxta meritum sue nature deberetur et talē locum ei delegauit. Sicut enī ꝙ sint quattuor elementa ratio naturalis assignari potest preter diuinā voluntatē. curant in hac materia potius q̄ in alia formā terre de⁹ posuit in illa vero formam ignis: nulla alia pōt a volūtate dei reddi cā Similiter ꝙ sint quattuor principalia loca corporū in regione elemētari cause alique secūde assignātur. cur aūt in hoc loco potius q̄ ī illo deus terrā aut ignē posuit sola dei voluntas est causa. vnde Aug⁹ super Johannē et in libro de predestinatione sanctorū propter similes questiones dicit. noli querere si nō vis errare. Circa hoc est aduertendū ꝙ sicut astrologi nō est elementorū numerum probare sed supponere: sic neq̄ eorū ordinē sed hoc est supioris scilicet phisici. probat enī hunc ordinem Aristoteles ex elementorum qualitatibus motiuis in quarto de celo. item ex diuersa corporis celestis actione super elementa in primo metheororum Ordinem tamē hunc sensibilibus signis cognoscere textus infra mōstrabit. ¶ Textus. Quorum trium. Proponit elementorum figuras et primo facit hoc: scd̄o dat exceptionem de aqua ibi. nisi q̄tum. Figure elemētorum vt dicit omnes sunt circulares et rotunde terra quidē spherica est alia vero tria elementa orbicularia corpora. sed huius rei causas et signa inferius videbimus. ¶ Textus. Nisi q̄tum. Facit exceptionem de elemento aque dicens ꝙ aqua circulum non complet neq̄ est oīno rotunda cuius duas causas assignat. vnam efficiētem sed naturalem ex terre siccitate que continuo in humidū aqueum agēs aquam diminuit vel saltē ei resistit ne possit totam terram cooperire vnde nec figurā circularem complere Alteram causam assignat finalem et supernaturalem scilicet diuinam prouidētiam que sic voluit aquam dimittere ne totam cooperiret terram propter vitam quorundam animalium tuendam. vt enim dicitur in secundo de generatione: omnia fere mixta supra terram sita esse oportet/eo ꝙ ī omnibus eis superabundat terra: quedam autem istorum sub aquis diu durare nō poterant: videlicet animalia sanguinem habētia. talia enim omnia respirant ad cordis et sanguinis refrigerium vt dicitur in secundo de anima. (pisces autem sanguinem non habent nec respirant / aliquem tamen humorē habent sanguini proportionalem.) ideo oportuit aliquam partem terre discoop̄tam mā sisse ī mundi creatione ad talium animantium vitam conseruandam. Quidam autem aliam tertiam causam huius rei assignant. quia vnūquodq̄ maxime est in loco sue nature conseruāde proportionato in omnibus autem mixtis superabundant tria elemēta terra scz aqua et aer locus igitur oīm fere mixtorum debuit esse ille in quo concurrunt hec tria elementa. hijs enim maxime natura mixtorum cōseruatur hic autē locus dari non posset nisi terra alicubi esset aquis discooperta. ¶ Circa hoc est notandum ꝙ licet secunda harum causarum indubie sit vera: nam hoc expresse habetur in sacra scriptura. Genesis primo diuisit deus aquas ab aquis et paulo post dixit deus cōgregentur aque in vnū locum et appareat arida vocauitq̄ deus aridā terram et congregationes aquarum appellauit maria. Tamen de prima causa quam auctor assignat magna incidit ambiguitas. tum quia omnis actio fit a proportione maioris inequalitatis agentis ad passum: vt dicit̄ in primo de generatione. terra aūt multo minor est aqua. vnde nō videtur probabile ꝙ tantilla terra tantā aquarum multitudinem possit a se propellere. Tum etiam quia quereretur ab auctore quare magis ex ista parte q̄ ex opposita terra obsistit aque cum tamen ipsa sit corpus homogeneum et similis nature et virtutis in omnibus suis partibus vnde difficile videtur per naturam causam huius rei assignare. Nisi forte diceretur vt aliqui dicunt ꝙ terra non solum proprijs viribus sed etiam a superioribus corporib⁹ valde adiuta et corroborata hanc aquarum propulsionem causat seseq̄ discooperit. dicunt enī hij ꝙ in parte septentrionali iuxta polum nostrum sunt quedam stelle de natura saturni frigide et sicce ille scilicet que sunt in duabus vrsis et drachone vt apparet in Almagesto Ptholemei regis egipti et in tabulis Alphonsi hispaniarum et romanorum regis. quarum quidem stellarum assiduis impressionibus influentijsq̄ siccitas terre fortificata aquas in oppositam partem mouet. vnde semper terra in parte septentrionali detecta remanet. Et per hoc posset responderi ad dubium et ad predicta argumenta. Ad primum enim diceretur ꝙ terra sic fortificata se habet in proportione maioris inequalitatis in sua actione ad aquam Ad secūdū similiter diceret̄ ꝙ in alia p̄te celi non sunt stelle tales nec taliter se habentes ad terrā sicut in parte septētrionali. Vn̄ Aristoteles forte hac ratione motus dicit in scd̄o metheororum ꝙ tota habitatio versa est ad arctū. ¶ Et si aliquis adhuc instaret ꝙ nō videtur probabile si deus a principio totam terram coop̄tā aquis reliquisset: eisdem tamen stellis eiusdēq̄

Utrū p̄dicte cause sint vere

obiectio

Solutio astrologorum.

Replica

virtutis et in eadem parte celi existẽtibus cum concursu etiã generali dei ꝙ per actionem naturalẽ siccitatis terre ĩ humidũ aqueũ potuissent

Solutio

aque maris sic expelli ⁊ terra discooperiri. Diceretur ꝙ forte fuisset possibile terrã sic naturaliter discoopertã fuisse aquis. et tamen illo admisso nõ sequitur stellas istas nõ cõcurrere aut nõ coagere ad p̃fatã terre discoopertionẽ. possibile eñ est ꝙ deus sua infinita potentia primã terre discoopertionẽ fecerit sed post hanc factã ad eius conseruationẽ has secũdarias cãs sub delegauit. vt eñ ait Augustinus: deus sup͛naturaliter oĩa ꝯdidit permittit tñ ea naturaliter operari. vel põt dici vt aliqui volũt ꝙ terra non est in medio firmamẽti precise quo ad centrum sue magnitudinis ideo nõ totaliter aquis est cooperta nõ quidẽ quia ipsa aquis resistat sed potius quia grauitas aque eam a medio expellit. vñ isti aquã in loco suo cõcedũt nõ terrã. primi vero econtra.

Solutio theolo.

Si tñ iste modus dicẽdi alicui nõ placeret oporteret dicere ꝙ hec terre discoopertio nõ solũ miraculose ⁊ sup͛naturaliter incepit sed etiã miraculose in esse conseruatur propter vitã quorũdã animãtiũ tuendã. ꝙ nulle vires quarũcũ causarũ naturaliũ ad hũc effectum sufficiũt: et hoc videtur sacra scriptura innuere prouerbiorũ octauo cum inquit: qñ circũdabat mari terminũ suũ et legẽ ponebat aquis ne trãsirent fines suos. et in psalmo. 103. posuisti terminũ quẽ non transgrediẽtur neq̃ cõuertentur operire terrã ex quibus duobus passibus videtur terre discoopertio nõ solũ in fieri sed etiam in conseruari sola dei potentia depẽdere ⁊ ꝙ miraculũ est ꝙ aque nõ cooperiãt terrã. ¶ Text⁹

Omnia etiã Proponit elementorum motũ dicẽs ꝙ tria superiora elementa motu ꝯtinuo circulariter ferũtur. rapiũtur enim vi motus celestis. sola autẽ terra infima ĩmota manet nõ solũ circulariter sed etiã motu recto. cuius duas videtur tangere causas. prima est nimia eius distantia a corporibus celestibus ⁊ hãc ponit cũ dicit que vt centrum mũdi. vnde non potest sic trahi in girum sicut alia elemẽta que magis celo appropinquant. secũda causa est terre grauitas q̃ semper eam in medio detinet et hanc tangit cũ subdit ponderositate sui. ex hĳs igitur duobus sequitur terra naturali quiete centrum mundi possidere: sed de hoc elementorum motu ⁊ quiete postea latior erit sermo.

## ¶ De forma mundi quoad etheream regionem

De celorum substantia

Circa elemẽtarem quidẽ regionẽ etherea regio lucida. a variatione omni sua ĩmutabili essentia ĩmunis existẽs. motu cõtinuo circulariter incedit et hec a philosophis quinta nũcupatur essentia.

De eorũ numero prima opinio

Cuius quidem regionis plures sunt sphere. quidã tamen nouem solũ eas posuerunt spheram scꝫ nonã que primus motus siue primũ mobile dicitur. spherãq̃ stellarum fixarum que firmamentũ nũcupatur. et septẽ spheras septẽ planetarũ saturni videlicet/iouis/martis/solis veneris mercurii et lune. quarum quedam sunt maiores: quedam minores secundũ ꝙ plus vel minus accedunt vel recedunt a firmamẽto. vnde inter illas sphera saturni maxima est: sphera vero lune minima.

Secunda opinio

Alii vero preter has decimam faciunt spheram quam primum motũ siue primũ mobile: spherã aũt nonã secũdũ mobile dicũt. sub hiis etiam octauã spherã septẽq̃ planetas vt predicti collocant.

De figura celorum.

Istarũ autẽ spherarũ quelibet superior inferiorem orbiculariter circundat.

De motibus celorum

Quarum quidẽ duo sunt motus. vnus enim est celi vltimi super duas axis extremitates scꝫ polum arcticũ et antharticum ab oriente per meridiẽ in occidentẽ iterum rediens ĩ orientem quẽ equinoctialis circulus per medium diuidit. Est et alius inferiorũ spherarũ motus per obliquũ huic oppositus sup͛ axes suos distãtes a primis viginti tribus gradibus triginta tribus minutis. hunc siquidem motum secundũ diuidit per mediũ zodiacus sicut et equinoccialis primum.

Comparatio motuum et eorum tempora.

Sed primus motus oẽs alias spheras secum ĩpetu suo rapit infra diem et noctem circa terrã semel. ille tamen cõtra nitentes per zodiacum circulum ĩ diuersis spacĳs tẽporum ab occidente vers⁹ orientẽ reuolutiões suas perficiunt. Ut nona sphera in quadraginta nouẽ millibus annorum percurritq̃ in ducẽtis annis gradum vnum ⁊ viginti octo minuta zodiaci fere. se cũ tali motu octauã spherã et oẽs auges planetarum preterq̃ lune secundum lõgitudinẽ rapiens. Octaua vero sphera ꝓprio motu scꝫ trepidatiõis seu accessus et recessus in septem mille annis circulũ paruũ describit. pertrãsitq̃ gradũ vnũ zodiaci quãdoq̃ q̃dẽ in centũ ãnis: quãdoq̃ vero in sexaginta: nonnũq̃ autẽ in alio annorum interualo. Saturnus autem ĩ triginta annis. Jupiter in duodecim. Mars in duobus Sol in trecentis sexaginta quinq̃ dieb⁹ et fere sex horis. Uenus et Mercurius similiter vt sol. Luna vero in vigenti septẽ diebus et octo horis circulos suos complet.

❡ Hec est scđa pticula scđe ptis vbi auctor ꝓponit qualis sit forma mundi quo ad regionem etheream: ⁊ ꝓponit quattuor: pmo hui⁹ regionis diffinitionē. scđo eius diuisionē ibi cuius quidē numerū ⁊ ordinē spherarū celestium declarans tertio ꝓponit celoꝝ figuras: ibi istarum autem quarto eoꝝ motus ibi: quarū quidē.

Quinq̃ ꝓprietates etheree regionis

❡ Descriptio ergo etheree regionis sic intelligenda est. regio etherea vel celestis est illa mūdi ps q̄ immediate supra regionē elemētarem sita est: q̄ ex natura sua lucida est. ab oī transmutatione qua aliquid abijcit a re oīno aliena. cuius motus ꝑpetuus est ⁊ sine fine. a quattuor elementorū naturis essentia differens. In qua quidē diffinitione quinq̃ huius regionis laudabiles ꝓprietates enumerantur quib⁹ regionē elemētarē lōge antecellit.

Prima

prima sumitur ex eius situ ⁊ loco. qꝛ regio etherea est supra regionē elementarē ideo sicut continens contento ei compat ⁊ loc⁹ oīs vniuersi eo nobilior a phis putat quo superior existit. qꝛ a corruptibilib⁹ istis remotior ⁊ diuinis illis orbiū motoribus optima vita fruentibus nec tēpore senectā aut aliā inueterationem suscipientib⁹ ꝓpinquior ⁊ vicinior.

Secūda

Secūda ei⁹ ꝓprietas que tangit ibi lucida sumit ex ei⁹ naturali qualitate scʒ luce que multo preciosior ē proprijs elementoꝝ qualitatibus. Hee nāq̃ actiue ⁊ passiue cōtrarieq̃ adinuicem sūt mutuā pugnam ⁊ reluctamen habētes sese ⁊ alias res ad interitum ⁊ corruptionem ducētes qꝛ de eis dictum est passio magis facta abijcit a substantia. Lux vero que qualitas ē primi corporis alterantis sed inalterati nulli alteri est cōtraria nec alicuius in ipam actione detrimentuʒ suscipit nullā etiā rē ad corruptionē ducit sʒ potius hijs oībus inferioribus vitam esse ⁊ durationē influit. huius preterea susceptiuum ꝙ dyaphanum est semper ī vltima se habet ad ipsaʒ dispositione ea em̄ fere in instanti totum mediū illustrat. mirabiles sed latentes effectus habet. nobilissimi sensus scʒ visus obiectū est de hac etiā sola qualitate tota vna scientia inter mathematicas ⁊ phicas elegantissima scʒ perspectiua ꝓfundissimas theorias tradit.

Tertia

Tertia huius regionis notabilis proprietas que notatur ibi a variatione oīm ⁊c. accipit ex eius intransmutabilitate. est em̄ talis nature hec etherea regio ꝙ nec alterari nec augeri aut minui neq̃ etiam generari aut corrūpi queat vt dr̄ in primo ⁊ secundo de celo ab oī siquidem motu ad formam est absoluta immunis ⁊ libera celorū substātia cuius oppositū de elemētis diximus.

Quarta

Quarta q̄ ibi ponitur motu ꝯtinuo ⁊c. attendit penes ei⁹ motū localē qui circularis cōtinuus ⁊ ꝑpetuus est eo ꝙ semp in suo principio ⁊ fine exns nūq̃ interrumpit. vt dicit phūs in pmo metheororū nec vnq̃ ipm cessare contingit ꝓpter continuas rerum generationes ⁊ corruptiones saluandas vt habet in scđo de generatione. motus aūt elementorū rectus est ⁊ cito finē facit.

Quinta

Quīta ꝓprietas que ponitur ibi ⁊ hec a phis sumitur est huius regionis natura substantia vel essentia. non ei est celū elementū aut elementatū sed alteri⁹ quinte immixteq̃ nature a quattuor elementis valde semote: ideo inter corpora substantia celoꝝ dicitur q̄nta essentia eo ꝙ ab alijs quattuor elementis corpus essentia distinctū sit.

Cui⁹ nature ē celum.

❡ Sed circa predictā diffinitionē est sciendū ꝙ de natura ⁊ substātia celoꝝ ⁊ stellarū magna fuit phōrū diuersitas. antiqui em̄ (quoꝝ precipuus fert ampedocles vt Aristoteles tradit in scđo de celo ⁊ in primo metheoroꝝ) putauerunt celos esse de natura aeris: astra vero de natura ignis. Sʒ Aristoteles ⁊ oēs phi post eum sbām celorū et stellarū quintā essentiā corporalē dixerūt idest naturam distinctā a quattuor elementoꝝ ⁊ mixtorum naturis.

Pria rō

Et contra predictos antiquos multis rationibus arguunt sed potissima Aristotelis ratio hec est: oīa elemēta sunt adinuicē cōtraria naturaliter actiua ⁊ passiua et sese corrumpētia qꝛ ꝙ virtuosius est/corrūpit debilius cognituʒ aūt ē theorematibus astrologicis terram nō mō celis sʒ etiā quibusdā astris eē multo minorē silr ⁊ aquā. si ḡ celi ⁊ astra elementaris essent nature iādiu hec duo elemēta ꝓpt immoderatū excessum ꝟtutis corrūpissent ⁊ in sui naturā redegissent.

Scđa rō

Et itē qꝛ oīa elementa certā adinuicē hn̄t ꝓportionē nō ḡ est possibile ꝙ aer vel ignis tā iproportionabiliter se habeāt ad aquā ⁊ terrā sicut celi ⁊ astra se habēt ad eadem consequētia est manifesta sʒ ans̄ ꝓbat qꝛ in homogeneis sicut se hʒ ps ad ptē (intelligendo de ptib⁹ eiusdē denoīatiōis) ita existiare oʒ ⁊ totū se hr̄e ad totū. ꝯstat aūt ptē ignis ad ptē aeris vel ptē aeris ad ptē aque aut ptē aque ad ptem terre se hr̄e solum in ꝓportiōe decupla. qꝛ scʒ ex vno pugillo terre fiunt deceʒ pugilli aq̄ ⁊ ex vno aque fiunt decem aeris et ex vno aeris decem ignis. oportet ergo quelʒ duo elementa ꝓxima solum in proportione decupla et subdecupla se habere qualis proportio nō est celi ad aquam ⁊ terram. celi ḡ ⁊ astra nō sunt elemētaris nature sed alteri⁹ quīte ingenite incorruptibilisq̃ ⁊ ab oī motu ad formā penit⁹ īmunis vt etiā auctor in textu dicit.

Diuersitas modernorū circa hec

❡ Et licet oēs moderni phi cum Aristotele in hoc cōcordent est tn̄ inter eos aliqua diuersitas

Pria opinio.

quidā em̄ eoꝝ celos ex materia ⁊ forma ponūt ꝯpositos. materia quidē nō subiecta alicui trāsmutationi ad formā eo ꝙ vt dicunt tota illius materie potētialitas sua forma est actuata ⁊ sociata ⁊ ad nullā aliā formā ē vlterius in potentia.

Secūda opinio.

quidam tn̄ eoꝝ hāc materiā eiusdem rōnis ⁊ speciei cum materia generabilium ⁊ corruptibilium dicunt. alij vero diuerse.

Tertia opinio.

Sunt ⁊ alij qui celum simplicem sbām ponunt quoꝝ ꝑcipuus est ꝯmētator Auerroys. Quas quidē phōrū diuersitates (qꝛ de mēte Aristotelis circa hoc nō ꝯstat) nūc relinqm⁹. vtraq̃ em̄ pars satis ꝓbabilis est ⁊ doctores sollempnes habet fautores. hoc tn̄ vnū certo scim⁹ Aristotelem sensisse celestia corpora illius quinte essētie (quā diximus ab elementis ⁊ mixtis distictā) esse.

De natura stellarum

❡ Stellas aūt eiusdē nature cū suis orbibus ponit in scđo de celo ⁊ in pmo metheoroꝝ ptes em̄ sunt corpoꝝ homogeneoꝝ. Differunt tn̄ stelle a suis orbibus accidētaliter in duobus prio quidē densitate ⁊ raritate qꝛ stelle sunt densiores cōpactioresq̃ partes orbiū vt expresse dicitur in prio metheoroꝝ sicut enim in corpore ligneo aliqua pars est valde densa et compacta (eiusdem tamen nature cum toto) quam dicimus nodū ligni: sic ⁊ in celis partes densiores

stelle sunt. quod autē hee dr̄e rari et densi in partibus celi sint argumentum sumit Aristoteles ex luna in cuius partibus hec diuersitas manifestissime apparet quia partes ille obscure (que macula lune dicūtur) rariores sunt: lucide vero partes densiores. Scđo differūt stelle a suis orbibus in luce ⁊ claritate quia stelle ꝓpter sui cōpactionē ⁊ dēsitatē corpora specularia sunt que radios solares ad ipās emissos reflectere possint: alie vero partes celoꝝ eo ꝙ rare sunt ⁊ perspicue admodum cristalli aditum facilē radijs prebent nec sensibilem eoꝝ faciunt reflexionem vnde ⁊ partes lune densiores lucide sunt ꝓpter dictam radiorum solarium reflexionem. rariores ꝑo obscure manēt qꝛ tales radios trāsire ꝑmittūt. Nomē ergo stelle duo dicit partē .s. celi densiorem ⁊ lucem solarem ab ea repercussam.

*de macula lune.*

*vtrū stelle habeant ꝓpriam lucē.*

¶ Vtrū aūt stelle lucē aliquā habeāt sibi ꝓpriam ꝓter lucē solarē ab eis reflexā dubiū est. probabilius tñ videtur ponere vnū primū fontē luminis a quo quicquid lucis in alijs est deriuet. Et item qꝛ mirū est si stelle proprium lumē hn̄t ꝙ illud nō sit sensibile a nobis cū videam⁹ lunā hora eclipsis eius qn̄ .s. primariū lumē solis non percipit nullā habere lucē etsi colorē videatur hr̄e: eo ꝙ vmbra terre non oīno est tenebra sed lucem secūdariam solis habet. vmbra enim vt dn̄t perspectiui est lumen diminutum vnde ⁊ luna eclipsata aliquid lucis solaris recipit .s. lumen secundariū et propter hoc colorata videt si tamē oīno luce solis careret nullomō lucida aut colorata appareret. Et isuꝑ qꝛ ex quo stelle sufficienter a sole illuminātur non videt ad qđ deseruiat illa lux ꝓpria stellarū. deus eñ nichil frustra fecit sed oīa disposuit suauiter. Nisi forte dicatur ꝙ illa lux ꝓpria dat luci solari certā virtutē quā nō habebat ex sole: quia ſm astrologos lux solis in saturno īfrigidat / et in marte calefacit / in luna vero humectat: et sic de alijs virtutibus in alijs stellis. Hee tamen diuersitates eque bene saluātur sola luce solis posita in stellis. cū eñ oē accidēs admodū subiecti recipiat: ſm ꝙ lux solis ī diuersis corporibus recipitur diuersos effectus cāt. sicut etiā idē calor ignis cerā ⁊ butirū liquefacit: lutū aūt ⁊ massā indurat.

*De scintillatiōe stellarū.*

¶ Sed aduertēdū ꝙ stellarum quedā sunt scintillantes .s. fixe. alie nō scintillāt vt planete. scintillationis tamen causā difficile ē cognoscere. Quidam eñ immoderate distantie ⁊ visus debilitati eā ascribūt quorum opinionē Aristoteles in primo posteriorū in exemplū adducit. Alij vero motum celi continue angulos irradiationis solaris variantem cām esse dicūt. Alij aūt ex visus conamine vltra suā facultatē circa obiectū valde apprehēsibile ī ꝓportionabiliter distās hoc prouenire putāt. Sed neutra harū causarū se sola videtur sufficere. tū qꝛ multa corpora nobis ꝓpinqua et luce forti solis superfusa videntur in dieb⁹ estatis scintillare vt tegule domoꝝ et parui colles. ferrea quoqꝫ ⁊ aurata corpora. Tū quia planete qui non scintillant eque bene mouētur cū primo mobili sicut stelle fixe. Tū etiaꝫ quia multe stelle fixe facili⁹ oculo presentātur ꝙ̄ planete aliqui. vnde nec visus tñ circa eas conatur sicut circa planetas ⁊ nichilominus stelle fixe scintillant oēs: planetarū autē nullus: nisi forte saturnus omniū supremus qui flāte borea videtur scītillare. Oēs tñ iste cāe simul vnā totalē cām valde probabileꝫ efficiūt. cū eñ angulus radij solaris cū sup̄ficie stelle fixe sit magn⁹ ⁊ visui bene ꝑceptibilis ꝓpter maiorē a sole distantiam: ille autē ex motu proprio solis ⁊ ex motu ꝑmi mobilis ꝯtinue variatur: ⁊ cū visus ꝓpter distantiā magnā aliquomō conetur nec possit plene de obiecto distincte iudicare: ideo lumen stelle fixe videt scintillare variatio eñ sensibilis facit quandā in sensu vibrationem. In planetis aūt ꝓpter solis ꝓpinq̄tatem nō fit ita magnus angulus et quia prope terrā sūt nō ita celeriter mouētur nec visus ita conatur. vñ planete nō scintillant.

¶ Textus. Cuius quidem regionis. Ponit etheree regionis diuisionem numerū scꝫ ⁊ ordinem celestiū corpoꝝ declarās. vbi ꝑmo celoꝝ numeꝝ in ꝯfuso tradit dicens ꝙ tota illa celestis regionis cōgeries nō vnicū sed plura sunt corpora adinuicē distincta que plures sphere vel orbes proprie dicūtur. ¶ Scđo ibi. quidā tamē. ponit celorū numerū certū et determinatum vbi tāgit duas modernoꝝ astrologorum famosas sententias. Illam autē phōꝝ (que tēpore Aristotelis vigebat) de octonario celorum numero opinionē vt minus ꝓbabilē auctor relinquit. Prima igitur hatuꝫ que Ptholemei Thebit et Alphragani aliorūqꝫ multoꝝ fuit sentētia ponit nouē tm̄ eē celestes spheras. quarum prima (que omniū suprema atqꝫ aliarū periferia est. quā etiā auctor spherā nonā a luna cōputando noīauit) prim⁹ motus siue primū mobile a phis dicit. a theologis vero tū celū cristalinū tum aqueū nō quidē a proprietate ⁊ natura sed ab oīmoda dyaphaneitate (eo ꝙ nullā habeat stellā) vocitat. vnde Genesis primo hētur ꝙ diuisit deus aquas que sunt supra firmamentū ab aquis que erant sub firmamētō. Et in Daniele dr̄ Benedicite aque oēs que super celos sunt dn̄o. ⁊ item in spalmo Aque oēs que suꝑ celos sunt laudēt nomē dn̄i. que oīa ſm sacros doctores de hoc celo ad literam sunt intelligēda. qđ aquarū noīe in scriptura significatur. Fuerūt tñ aliq̄ veras aquas supra celū esse credentes ad motus et caloris illius refrigerationē ne scꝫ ꝓpter nimiā talis motus velocitatē ignis inde generaret qui et celū et oīa hec inferiora facile consumeret. ideoqꝫ textum scripture sacre de naturalibus et veris aquis isti intelligebant; Hoc idem etiam celuꝫ quidā id esse dicūt ꝙ summa ī serenitate diurno tp̄e apparentiā azurini coloris facit. Hāc tamē apparentiā alij medie regionis aeris dēsitati attribuūt. celos autē pre nimia eoruꝫ raritate nobis inuisibiles putant. Secūda sphera sub illa descendēdo est celū stellatū siue sphera stellarū fixarū que ī sacris litteris firmamētū nūcupat dicitur eñ Gen̄. primo. Fiat firmamentū ī medio aquarū: ⁊ diuidat aquas ab aquis. et ideo forte firmamētuꝫ dicitur quia in eo sūt oēs ille stelle quas fixas diximus. Sunt eñ stellarū celestium hee quidem fixe aut a planos / idest sine errore dicte que scꝫ ad seipsas semꝑ eūdem sitū ⁊ distātiā habeant et hee oēs in firmamēto posite sunt. alie vero stelle erratice vel planete errantes dicuntur que scꝫ non semper adinuiceꝫ

*De nona sphera.*

*De octaua sphera.*

*Differētia stellarū fixaꝝ ⁊ planetarum.*

vel ad fixas stellas eodē mō distant. sed nūc in
coniūctiōe nūc ī oppositiōe nūc aūt ī alijs aspe
ctibus seu distantijs se hñt. Et hee septem sole
sunt quarum quelibet vnā ꝛ determinatā sphe-
ram celestē sibi vēdicat. Quidā vero has ideo
erraticas volunt dici quia errant idest deuiant a
via solis non em̄ mouenꝫ ꝑ lineā eclipticā in zo
diaco sicut sol. Sed hoc friuole dictum ē q̄nqui
dem ꝛ sol ipse etiā inter erraticas stellas cōpu-
De pla- tatur qui tñ a via sua nō deuiat. Sub hac autē
netarum stellifera sphera ponunꝫ septē alie sphere septē
spheris planetarū quarū prima descendendo est sphera
saturni. scda iouis. tertia martis. quarta solis.
quinta veneris. sexta mercurij. septima vero lu
ne. que nobis vicinior est ꝛ regionē elementarē
Ordis immediate cōtingit. Ordo aūt planetarum ha
planeta- betur per hūc versum. Sim sum sequiꝫ vltima
rum luna subest. ꝑ primam litteram prime dictionis
ꝑsus intelligitur saturnus. per secūdā iupiter. per ter
tiam mars. similiter per tres alias lr̄as seq̄ntis
dictionis significanꝫ sol venus et mercurius et
post istos sex luna sequitur. Si autem computa
tionem ꝛ ordinē harū nouē spherarū ascenden-
do habere voluerimus hos versus retineamus
Luna stat ī p̄io. mercuriusq̄ secūdo. Ac venus
in terno. sol vult lucescere quarto. Mars nitet
in quinto. sed iupiter ordine sexto. Saturnꝰ ce-
lo septeno sistitur alto Octauo celo tibi stellas
esse reuelo. Stat cristallinū super istos luce se
renum. Et ēm hanc computationem phi celum
stellatum octauam spheram vocant primū au
tē mobile nonā spherā. Et inter spheras plane
tarum vt dicit textus quedā sunt maiores ille
scꝫ que plus accedunt ad firmamentum et plus
recedūt a nobis. quedā sunt minores ille videli
cet que plus recedunt a firmamento plusq̄ acce
dunt ad nos. vñ inter illas septē sphera saturni
De nūe- maxima est. sphera vero lune minima. ¶ Alia
ro celoꝝ vero astrologorum modernorum ꝛ recentiorū
ēm mo- scꝫ Alphonsi regis hyspanie Johānis de ligne-
dernio- rijs Georgij purbachi Johannis de monte re-
res. gio pluriūq̄ aliorum sententia fert ꝛ q̄dē satis
ꝓbabiliter p̄ter has nouem spheras iā dictas
ꝛ super eas omnes aliam decimā esse spheram
quequidem primū mobile simpliciter est ꝛ vni
co/simplicissimo/regulatissimoq̄ motu diurno
circunfertur. nona autem sphera ꝓprie ēm mo-
bile dicitur nanq̄ motu duplici fertur vt postea
apparebit. sub hijs autem duabꝰ etiam isti octa
uam spheram triplicem habentem lationē se-
ptemq̄ planetarum spheras collocant et ordi-
De celo nant sicut alij. ¶ Preter hos celos naturaliter
empireo cognitos sacri theologi celum aliud empyreū
id est igneū ponunt non quidem a proprietate ꝛ
natura sed a resplendore sic dictum quod (quia
locus beatorum et quietis est) immobile asse-
runt. vtrum autem in hec inferiora sicut ceteri
celi influat satis dubitant. sed partem affirma-
tiuam tenentes stabilitatem/permanētiā fixio
nem rerum inferiorum sua quiete influere ipm
dicunt. res enim inferiores propter aliorum no
uem celorum citissimos motus continuo deflu
erent nisi huius empirei celi quiete aliquo mo-
do detinerentur. Econtra autem alij influxum
huiꝰ sphere negantes ipsam dicunt nō pertinere
ad ordinem mundi corporalis. Sed huius celi

tractatu in (eo q̄ non via naturali sed sola fide ꝛ
diuina reuelatione cognosciꝫ) merito auctor p̄-
terijt. solum spherarum celestium que ex moti-
bus sunt cognoscibiles doctrinam tradere cu- Tres no-
rans. ¶ Circa hunc textum occurrunt tres dif tabiles
ficultates. prima vtrum tota regio celestis sit q̄ones.
vnum tantum corpus aut necessario oporteat
ipsam in plura corpora ponere diuisam ex ple-
risq̄ corporibus aggregatam. Secunda vtrum
sint ponende decē sphere celestes lumine natu-
rali habite aut solum nouem. hoc est vnde orta
est illa opinionum diuersitas circa nūerū celoꝝ
Tertia vtrum luna sit in primo celo prope nos
mercurius in secundo ascendendo venus in ter
tio. sol in quarto ꝛ sic de alijs. hoc est quomodo
hic ordo celoꝝ cognitus ē. ¶ Ad p̄mā q̄stionē ad p̄ias
dicitur cōformiꝫ ad oēs phōs ꝛ astrologos re- q̄onem
gionē etherā nō vnicū sed plura esse corpora a cōclusio
seinuicem diuisa ꝛ sibi contigua. Pro cuius cō
clusionis euidētia supponitur primo q̄ idē mo Prima
bile non potest simul ferri motibus contrarijs. suppō
dū em̄ aliquis ascendit non potest simul descē-
dere qꝛ cōtradictionē implicat. similiter dū ali
quid mouet ad orientē non pōt sup eisdē polis
simul moueri ad occidentē. Licet em̄ motui cir
culari proprie nullus motus sit contrarius vt
dicitur iñ scdo de celo bene tñ est aliquis motꝰ
circularis alteri circulari incōpossibilis. Sup- Secūda
poniꝫ scdo celos esse sibi immediate contiguos suppō
ita q̄ nihil vacui nihilq̄ aeris aut alterius cor-
poris elementaris determinata sunt sub celo va
cuum etiam per naturam est impossibile. Sup- Tertia
ponitur tertio q̄ stelle non mouentur ꝑ se in celo suppō.
nisi inquātū trahuntur a celo cuius partes sūt
vt probatur in secundo celi. si enim aliqua earū
moueretur cum ibi nihil sit vacui aut aeris ce-
dentis mobili/oporteret q̄ continuo rumperet
celum quod est impossibile per naturam. Hijs Pria rō
suppositis probatur conclusio primo sic. in ce- ad ɔclu-
lestibus astris apparent multi motus vni et ei- sionem
dem corpori incompossibiles ergo necesse ē di-
cere q̄ non omnia astra sunt in eodem celo neq̄
ad motum vnius celi omnia mouentur. conse-
quētia est manifesta per primam et tertiā sup-
positiones. ꝛ probatur antecedēs: videmus nā
q̄ sepius duas aut tres stellas erraticas (quas
planetas dicimus) iuxta vnā stellam fixam cō-
iunctas post coniunctionem autem cum sepa-
rantur vna earum mouetur ad orientem altera
autem versus occidentem stella fixa in medio
remanente. item vna declinat ad septentrionē
altera ad austrum hij autem motus sunt eidem
corpori incompossibiles ex prima suppositione
Secūdo sic vniꝰ simplicis corporis naturalis Scda rō
est tantum vnus motus naturalis: si autem ali
quod corpus pluribus q̄ vno motibus feratur
necesse est dare aliud corpus cui alter illorum
motuum sit naturalis ꝛ proprius et a quo pri-
mū corpus illo motu trahatur vt dicitur ī p̄io
de celo. videmus autem lunam solem plerasq̄
alias stellas plures habere motus. preter enim
diurnū motū alium habent sensui manifestum
vt postea dicetur ergo preter celum in quo figi-
tur luna est dandum aliud celum mobile cui al
ter illorū motuū sit ꝓprius ꝛ a quo celum lune

trahatur illo motu ſimiliter erit dandū aliud ce
lū ꝑter celū ſolis ⁊ ſic de alijs. tenet ꝯña ex vlti
Tertia ratio — ma ſuppōne. Tertio arguitur rōne Ariſtotelis
in ſecundo de celo ⁊ in ſecundo de generatōe ſic
rerum generationes ⁊ corruptiones ſunt ergo
plures motus ⁊ plures celi ſunt. antecedens pꝫ
quia cum omnia appetant eſſe quod eſt diuini
tate quodā mō participare vt dicitur ī ſecūdo
de anima: idem autem numero non poteſt in re
bus inferioribus ſemꝑ eſſe: reliquo modo ſup=
pleuit deus continuā faciens generationem et
corruptionem. oportet ergo ad rerum conſerua
tionem ſaltem in ſpecie eſſe continuas has trāſ
mutationes. conſequentia probatur quia vnica
et vniformi exiſtente celeſti latione (qualis eſt
motus diurnus) nō prouenirent ab ea effectus
ita differētes ſcꝫ generatio et corruptio. Idem
enim inquantū idem ſemper natū eſt facere idē
oportet ergo dari plures celorum lationes. pri=
mā ſcꝫ vniformā que reꝝ permanētiā ⁊ duratio
nem cauſet. Aliam vero aut alias diuerſimode
ſe habentes que alterationes generationum et
corruptionū efficere poſſint et per conſequens
ad ſcdāꝫ de celoꝝ nūero. — opꝫ dari diuerſa mobilia corpa celeſtia. ¶ Ad
ſecūdā queſtionē dicitur ꝙ ſatis ꝓbabiliter te=
neri pōt decem eſſe celeſtes mobiles ſpheras et
naturali rōe inueſtigabiles. Hec cōcluſio ꝓba=
tur ſic pluralitas corpoꝝ celeſtiū ex pluralitate
motuū eidē corpori incōpoſſibiliū inuēta ⁊ co=
gnita ē: tot ergo opꝫ dari celeſtes ſpheras quot
apparent in aſtris mot⁹ tales eidē corpori incō
poſſibiles. Sed reperiuntur decem tales diſtin
cti motus ergo decē oportet dari diſtinctas ce=
leſtes ſpheras. pꝫ maior cū ſuo antecedente ex
p̄miſſis. minor ꝓbatur qꝛ iā noti ſunt ſeptē pla
nete id eſt erratice ſtelle ſeptē motus diuerſos
habētes eo ꝙ quelꝫ due illarū cū ad cōiūctionē
alicuius ſtelle fixe venerint videntur diuerſos
motus habere. ⁊ ſic oportet eſſe pro illis ſingu=
los celos vnde habemus ſeptē celos aut ſphe=
De iuentiōe octaue ſphere. — ras planetarum. Preter has autem erraticas
videmus totam illam inumeram ſtellaruꝫ fixa
rum multitudinem eodem penitus modo circū
uolutam. nec enim vna earum citius aut tardi=
us q̄ƺ alia motum ſuum perficit proportionabi=
liter loquendo de his que in paruo et de illis que
in magno circulo ſituantur. neqꝫ vna alteri pro
pinquior aut remotior vno tēpore q̄ƺ alio repe=
ritur. et ſic pro omnibus illis ſtellis oportet da
ri vnū aliud celum quod erit octauū. Et hic nu
merus celorū dūtaxat tꝑe Ariſtotelis cognit⁹
erat putabatur enim tunc celum ſtellatū eē pri=
De inuētiōe none ſphere. — mū mobile ⁊ ſupremū celū. Sed Ptholemeus
⁊ ceteri aſtrologi qui poſt eū ſequuti ſunt pro=
bauerūt ſtellas fixas non ſolum motu diurno:
ſed etiam ab occidente per meridiē in orientem
moueri vt poſtea fiet manifeſtū: ideo dixerūt ne
ceſſario oportere dari vnū aliud celuꝫ cui alter
illorum motuū octaue ſphere eſſet proprius et
naturalis ⁊ a quo octaua ſphera ſm illum mo=
tum traheretur: et hoc vocauerunt nonum ce=
lum ſiue primum mobile ꝙ motu diurno vnico
De inuētōe decie — ⁊ regulariſſimo mouetur. Moderniores vero a=
ſtrologi qui nos fere per tercentos annos pre=
ceſſerunt viderūt ſtellas fixas ſiue octauā ſphe
ram triplicem motū habere: vt infra paulo eua

det manifeſtum ex quo ſequitur ꝙ oportet dari
duas alias ſpheras preter octauaꝫ quibus duo
illorum motuum ſint proprij et a quibus octa=
ua ſphera ſm illos motus rapiatur. ⁊ illaruꝫ ſu
premam et decimam vocant primum mobile.
nonam autem que duplici motu reuoluitur ſm
mobile dicunt. ſic ergo patet illa minor propoſi
tio vera ſcꝫ ꝙ decem ſunt motus in celeſtibus
ſibi inuicem incompoſſibiles ſeptem videlicet
in planetis ⁊ tres in ſtellis fixis: ergo decem po
ponende ſunt ſphere celeſtes ex motibus natu=
raliter cognoſcibiles. ¶ Ad tertiam queſtionē — Ad tertiam de celorū ordine
de celoꝝ ⁊ ſtellarū ordine dicitur ꝙ eſt in textu
conuenienter aſſignatus. Cognitus enī eſt per
ſtellarū eclipſes ſeu occultationes adiuicē. ma
nifeſtū enī eſt ꝙ illa ſtella que ad alterius cōiū= — De ſeptē planetis
ctionē veniens illā nobis occultat nobis ꝓpin
quior eſt: occultata vero remotior. quia igitur
luna cuicūqꝫ ſtelle aduenerit illam nobis occul
tat planū eſt ipſam lunā ceteris ſtellis nobis eē
proximiorem ideo ponitur in primo celo inferi
ore circa nos. Similiter quia mercuri⁹ omnes
ſtellas eclipſat preter lunam ſub omnibus ſtel=
lis eſt preter q̄ƺ ſub luna ⁊ ſic eſt in ſecundo celo
aſcendendo. Eodē modo dicitur ꝙ venus eſt in
tertio celo: quia omnes ſtellas preter mercuriū
⁊ lunam obumbrat. Hac eadem ratione proba
tur martem eſſe in quinto celo. iouem in ſexto.
ſaturnū in ſeptimo. quia ſcꝫ tales vel tales ſtel
las ⁊ non alias occultare poſſunt De ſole tamē
non eſt aliqua experientia ꝙ eclipſet vel eclipſe
tur ab aliqua ſtella preter q̄ƺ a luna eo ꝙ in eius
preſentia nulla ſtella videtur. ideo tēpore Ari=
ſtotelis putabatur ſol eſſe in ſecūdo celo imme
diate ſupra lunā vt ipſe videtur ſentire in p̄mo
metheoroꝝ. Sed Ptholemeus ⁊ omnes aſtro — quomō ſcitū ē ſolem eē in q̄rto celo
logi pariter ⁊ phiſici tenent ſolem eſſe in quar=
to celo aſcendendo ſcꝫ ſupra tres et ſub tribus
planetarum in medio eoꝝ omniū ſicut rex ī me
dio ſui regni. Ex hoc probatur: quia cum ſol ſit
principium ⁊ fons luminis et caloris vitalis a
quo ⁊ cetera aſtra lumen recipiunt ⁊ animantia
vitam habēt: ſi ergo ſol eſſet in ſecundo celo ꝓ=
ximus terre nimis eaꝫ calefaceret deſiccaretqꝫ
⁊ conſumeret cito vitam animantium (ethyo=
pes enim breuis periodi ⁊ vite ſunt propter vi=
cinitatē torride zone ī qua ſol ſemper rotatur)
et aſtra ſuperiora non ita bene illuminaret. Si
autem econtra ſol in ſexto aut in ſeptimo celo
eſſet aſtra inferiora debiliter lumen reciperent
⁊ vita viuentium calore deſereret et cito defi=
ceret: vt in regionibus valde ſeptētrionalibus
hominū breuē periodū propter eādem cauſam
eſſe videmus. decuit igitur diuinam ꝓuidētiā
que diſponit omnia ſuauiter ſolē mediocriter a
ſuperioribus ⁊ inferioribus diſtantē ſcꝫ ī quar
to celo collocare. Aliā huius veritatis rōnem
et quidem efficaciorem ponit Ptholemeus in
almageſto vbi ex dyametro viſuali ſolꝭ ⁊ ex ba=
ſis magnitudine arguit longitudinē radij ⁊ di=
ſtantie: ſed quia hec ratio valde difficilis eſt ꝓ
pter multa que ex geometria ⁊ perſpectiua ſup
ponit ideo ab introductorio tractatu relinquen=
da eſt. Celum autem ſtellatum eſſe octauū pari
rōne ſicut in planetis cōcluditur. nulla enī ſtel=
larum fixarum aliquē planetā vnq̄ƺ occultauit

tie magnitudo resultat vt dicitur in primo ethi

ad q̄ntā q̄ōnem de dignitatibus planetarum in signis

corum ꝛ in secundo metaphisice. ¶ Ad quintā
questionem colligitur solutio ex Ptholemeo ī
quadripartito parte prima ꝙ experimento ha=
bitum est eundē planetā fortius ꝛ melius iflue=
re quādo est in q̄busdā signis q̄ȝ in alijs et inde
est ꝙ quedā signa dicuntur domus planetarum
alia vero exaltationes et item alia triplicitates
eorum: scd̄m ꝙ maiores vel minores eiusdem
planete vires in hoc signo q̄ȝ ī illo cognoscūtur
Domus igitur saturni sunt due scȝ capricorn⁹
ꝛ aquarius. ꝛ exaltatio eius est libra: ꝛ domina
tur saturnus in tertia triplicitate signoꝝ scȝ ae=
rea. Domus iouis sunt due scȝ sagittari⁹ ꝛ pis=
ces. exaltatio eius est cancer. ꝛ dominatur iupi=
ter in triplicitate ignea Domus martis sūt due
aries ꝛ scorpius. exaltatio eius est capricornus
et dominatur in triplicitate aquea. Domus so
lis est vnica scȝ leo. exaltatio eius est aries. et
est dominus triplicitatis ignee. Domus vene=
ris sunt due taurus ꝛ libra: exaltatio eius ē pi=
sces. et dominatur in triplicitate terrea. Dom⁹
mercurij sunt due gemini ꝛ virgo. et exaltatio
eius est etiam virgo. ꝛ dominatur in triplicita=
te aerea. Domus lune vnica est cancer. ꝛ exalta
tio eius est taurus. et dominatur in triplicitate
terrea. Et iste domus ꝛ dignitates planetarum
multeq̄ alie (quas quadripartitum et alchabici⁹
tradunt) dicuntur essentiales planetis Sunt ta
men preter has alie accidentales planetarum
fortitudines que dicuntur duodecim domus ce
li per sex circulos magnos sese in polis mundi
intersecantes diuise. quarum quattuor principa
les cardines celi dicūtur scȝ oriens occidēs me
ridies ꝛ angulus noctis. sed de hijs hactenus.

¶ Domini Petri de aliaco questio secunda.



Queritur secundo vtrū omnes circu
li in sphera tam maiores q̄ȝ mino=
res sint veri circuli. Et arguitur ꝑ=
mo ꝙ nō q: circulus arctic⁹ ꝛ circu=
lus antarcticus nō sunt veri circuli
igiꝛ ꝯn̄a tȝ/ꝓbaꝛ an̄s q: circulus arcticus ꝛ an
tarcticus imaginātur describi a polis zodiaci
motis circa polo mūdi mō ex tali motu nō cau
satur verus ꝛ realis circulus imo solum ymagi
narias. Secundo sic: q: duo tropici. s. tropicus
cācri ꝛ tropicus capricorni nō sunt veri circuli
igiꝛ. an̄s pȝ q: si essent veri circuli maxime eēnt
circuli descripti a sole in solstitijs vȝ in solstitio
hyemali ꝛ i solsticio estiuali: mō qn̄ sol ē i illis
solstitijs nō describit circulos. qđ probaꝛ q: sol
exn̄s i ꝑmo pūcto cācri nō reuertiꝛ ad idē pun=
ctū imo reuertiꝛ ad vnū aliđ distās ab eo ꝑ vnū
gradū. ergo sol nō describit circulū imo poti⁹ de=
scribit vnā girā. Tertio sic q: equinoctialis non
est verus circulus ergo ꝛc̄. ꝓbaꝛ an̄s sicut ꝓbaba
tur de tropicis/q: si sic tūc esset circulus descri=
ptus a sole i eq̇noctio. mō hoc nō ē. q: sol nūq̄ȝ
describit circulū imo describit semꝑ vnā girā q:
nūq̄ȝ reuertiꝛ ad idē pūctū. Et confirmaꝛ q: sol
multū distat ab octaua sphera ergo ꝑ suū motū nū
q̄ȝ causat circulū in octaua sphera ergo ꝛc̄. Quar=
to sic: q: duo coluri nō sūt veri circuli in sphera
ergo ꝛc̄. an̄s pȝ q: si essent veri circuli aut essent di
uisibiles aut idiuisibiles. non scd̄m q: nihil est
tale hn̄s positionē i ꝯtinuo vt pȝ sexto phisicoꝝ
nec diuisibiles q: tūc seiuicē penetrarēt vbi se ī
tersecāt qđ est ipossibile. Quito sic q: orizon et
meridianus nō sunt veri circuli igiꝛ. an̄s pȝ q:
si sic sequereꝛ ꝙ celū oīno esset ꝯpositū ex orizō
tibus ꝛ meridianis. ꝯn̄s est incōueniens igitur
ꝛ pȝ ꝯn̄a q: nullus circul⁹ est in sphera trāsiens
ꝑ polos q̇n respectu alicui⁹ vel aliquoꝝ sit me=
ridianus ꝛ ita etiā de orizonte Sexto sic: q: zo=
diacus nō est verus circul⁹ ergo ꝯn̄a tȝ an̄s pȝ q:
circulus est suꝑficies plana vna linea ꝯtēta mō
lineis pluribus ꝯtineꝛ zodiacus ꝛ suꝑficieb⁹ et
habet latitudinē. 12. graduū vt dicit auctor ī tex
tu. Et cōfirmaꝛ q: linea ecliptica nō est vera li=
nea ergo ꝛc̄. an̄s patȝ q: linea ecliptica dȝ diuidere
zodiacum in duas medietates equales relinquē
do. 6. gradus ex vtraq̄ ꝑte: modo nulla ē linea
realis ꝛ vera q̄ hoc posset facere: q: si diuisibi=
lis est tūc iam occupat vnā ꝑtē ipius zodiaci ergo
non relinquit. 6. gradus ex vtraq̄ ꝑte. Si indi
uisibilis nulla talis est. ¶ In oppositū arguiꝛ
ꝑ auctorē i textu describētē huius circulos: qđ

non faceret nisi eēnt veri circuli. Secūdo sic qꝛ
nisi essent veri circuli tūc determinatio de ipsis
nō esset nisi quedā fictio. Tertio sic qꝛ zodiacus
est verus circulus cū habeat latitudinē magnā
⁊ etiā cum contineat signa: ergo ita est de alijs.
¶ In ista q̄stione erūt tres articuli: p̄mus erit
Primꝰ articulꝰ. de .9. circulis a zodiaco ⁊ de eoꝝ descriptiōibus
Scđs erit de zodiaco ⁊ de eius diuisiōe ꝑ signa
Et tertius erit de proprietatibus signorum.
Dupliciter accipit circulus. ¶ Quantū ad primū aduertendū est ꝙ dupliciter pōt capi circulus: primo mō ꝓ superficie plana vnica linea circulari cōtēta in cuius medio ē
punctꝰ ymaginariꝰ a quo oēs linee recte ducte
ad circūferentiā sunt equales. scđo mō capitur
circulus ꝓ linea circulari circūdāte hmōi supfi
ciē planā que est circulus in prima acceptione.
Et isto mō accipit dupliciter circulus. vnomō
ꝓ tali linea circulari reuertēte ad idem punctū.
aliomō ꝓ linea reuertēte nō ad idē pūctū sꝫ ad
aliqđ pūctū satis ꝓpinquū seu nō notabilr di-
stās. Vñ p̄momō circulꝰ distiguit a gira. scđo
modo nō imo gira ē met circulus si principium
Dupliciter accipitur pūctus. eius ⁊ finis nō multū distāt. ¶ Scđo notādū
est ꝙ dupliciter capit punctꝰ ⁊ ꝓportionabiliter
linea ⁊ supficies. primo mō capit punctꝰ pro ali
quo indiuisibili ſm longitudinē latitudinē ⁊ pro
funditatē. aliomō ꝓ aliquo paruo corpore ſm
illas .3. dimēsiones. Similiter linea vnomō pōt
capi ꝓ aliquo indiuisibili ſm latitudinem ⁊ ꝓ-
funditatē ⁊ non ſm longitudinē. scđo mō ꝓ ali
quo paruo ſm latitudinem ⁊ ꝓfunditatē et ma
gno ſm longitudinē: ⁊ ita diceretur de supficie
Prima ꝯclusio ¶ Tūc ponūtur ꝯclusiones. prima est ꝙ capiē
do pūctū primo mō nihil est punctus realiter ⁊
veraciter. pꝫ ꝯclusio: qꝛ si sic vel esset substantia
vel accidēs. nō substātia qꝛ q̄cūqꝫ substātia ha
bēs positionē in ꝯtinuo est diuisibilis i semꝑ di
uisibilia. nec accidēs qꝛ tūc haberet subiectum
sibi adequatū: mō nulū est tale vt ꝓbatū est. ⁊
ita poneret de linea ⁊ supficie capiēdo p̄momō
Secūda ꝯclusio ¶ Secūda ꝯclusio ē ꝙ capiēdo pūctū scđomō
bñ aliqđ ē pūctū. pꝫ qꝛ bñ est aliqđ ꝑuū ſm tri
nā dimēsionē. ⁊ ita poneret de linea ⁊ superficie
Tertia ꝯclusio ¶ Tertia ꝯclusio est ꝙ in sphera celesti .10. cir-
culi nō sūt veri circuli capiēdo circulū p̄momō
pꝫ qꝛ tales circuli non sunt supficies plane vna
linea circulari ꝯtēte qꝛ tūc nō hñt cōcauitatē
Quarta ꝯclusio. ¶ Quarta ꝯclusio est ꝙ .10. circuli i sphera nō
sunt veri circuli capiēdo circulum primo mō de
duobus modis p̄us positis scꝫ scđis. Hec ꝯclu
sio pꝫ per scđam ⁊ tertiā rōnes ante oppositū
Quinta ꝯclusio. ¶ Quinta cōclusio est ꝙ licet illi circuli quos
ponimus i octaua sphera bene sint vere partes
celi. tamē tales partes nō debent dici veri ⁊ rea
les circuli de quibus questio querit. pꝫ ꝯclusio
quia illi circuli de quibus q̄rit questio ymaginā
tur imobiles mō nulla pars est in celo q̄ sit imo
bilis ergo ꝯclusio vera. Secūdo pꝫ cōclusio qꝛ
eiusdē in eodē loco existēs dicimus eē cōtinuo
eundē orizontē ⁊ eūdē meridianū mō nulli tali
est cōtinuo eadē pars celi eodē mō se hñs vnde
pars celi q̄ modo est meridianus circulus respe
ctu alicuiꝰ erit postea orizon ergo ꝯclusio vera.
Bonum dubium ¶ Sed tunc aliquis diceret. ad quid valet de-
terminatio istorum circulorum? Respondetur
ꝙ in fingēdo ⁊ ymaginando tales circulos de-
uenimus leuiter ad cognoscendum propinqui-
tates planetarum ⁊ distantias ⁊ esse eorum insi
gnis. ¶ Sed tūc videndum est de descriptioni Diuisio
bus circulorum istorum. Pro quo est aduerten circulorū sphere
dum ꝙ circulorum ymaginatorum in sphera q̄
dam dicuntur circuli maiores ⁊ quidam mino-
res. vnde circulus maior dicitur circulus diui-
dens spheram in duo equalia ⁊ habēs suum cē
trum cum centro sphere. ⁊ sunt sex maiores sci
licet equinoctialis/zodiacus/ duo coluri/orizō
⁊ meridianus. Sed circulus minor in sphera di
citur circulus diuidens spheram in duas par-
tes inequales habens suum centrū extra centꝝ
sphere. Et sunt quattuor minores sꝫ duo tropi
ci/⁊ duo circuli polares Unde equinoctialis de De equinoctiali.
scribitur sic. equinoctialis. est circulus diuidēs
spherā in duo equalia equedistās scđm vtrāqꝫ
ꝑtē sue circūferētie ab vtroqꝫ poloꝝ mūdi. Vñ
ꝙ equaliter distet a polis pꝫ qꝛ si esset aliquod
quadratū habens duos conos oppositos in eq̄
noctiali ⁊ habens alios duos conos oppositos
in polis mūdi: tūc tale quadratū esset recte qua
dratum eq̄laterū. Et equinoctialis tribus mo-
dis noiatur ab auctore in textu scꝫ eq̄noctialis
equator diei ⁊ noctis/⁊ cingulū primi mobilis.
vocat em̄ equinoctialis ꝓ tanto ꝙ dū sol descri
bit illū circulū qđ bis facit in āno. s. dum sol est
in p̄ncipio libre ⁊ in p̄ncipio arietis tūc ē equi-
noctium in vniuersa terra. Sed dicitur equator
diei ⁊ noctis qꝛ dū sol describit illū circulū dies
⁊ noctes sunt equales adinuicē. Uocatur autē
cingulū primi mobilis: qꝛ sicut cingulū cingit a
nimal ꝑ mediū ita etiā equinoctialis cīgit celū
ꝑ mediū. ¶ Ulterius aduertēdū ē ꝙ poli yma De polis.
ginantur in sphera duo puncta axem terminan-
tia circa q̄ voluitur totale celum. et illoꝝ vnus
vocat arcticus/septētrionalis/⁊ borealis. s: ille
qui nobis eleuatus est ⁊ est iste polus circa ma
iorē vrsam ⁊ iuxta stellas se habentes admodū
currus. Sed aliq̄s quereret quomō pōt cogno-
sci iste polus? Rñdetur ꝙ per istum modū pōt
cognosci. qꝛ captis duabus stellis in maiore vr
sa. s. in curru que dicunt vltime rote apđ vulga
res. ymaginetur vna recta linea ꝓtrahi ab infe
riori rota ꝑ superiorem ⁊ ꝓtrahat recte vsqꝫ ad
vnā stellā lucidā ⁊ clarā et illa vocat polus ar-
cticus. Alter vero polꝰ vocat antarcticus me-
ridionalis ⁊ australis ⁊ iste est nobis depressus De duobꝰ coluris
tm̄ q̄tum alter nobis est eleuatus. ⁊ sic patet de
eq̄noctiali. ¶ Tūc ergo dicēdū est de duobꝰ co
luris ꝓ quo aduertēdū est ꝙ coluri hñt duplex
officiū. s. distinguere equinoctia ⁊ distiguere sol
sticia. Et ideo de illis duobꝰ vnꝰ vocat colurꝰ
distiguēs eq̄noctia ⁊ alter vocat colurus disti-
guēs solstitia. vñ colurꝰ distiguēs eq̄noctia dr
circulus diuidēs spherā in duas ꝑtes equales
transiens ꝑ polos mūdi ⁊ ꝑ principia arietis ⁊
libre seu intersecās zodiacū in principio arietis
⁊ i p̄ncipio libre. Et dr distiguere eq̄noctia pro
tanto qꝛ cū sol ꝑuenit ad puncta illa q̄bus inter
secat zodiacū tunc est eq̄noctiū ⁊ dies artificia
lis ⁊ nox sunt equales adinuicē ⁊ scđm duo pū
cta itersecationū sunt duo eq̄noctia in āno vnū
vernale quasi in medio martij qñ sol intrat arie
tē. aliud est eq̄noctiū autūpnale quasi in medio
septembris. s. qñ sol intrat librā. Sed alter colu

rus distinguēs solsticia est circul⁹ diuidēs spherā in duas ꝑtes equales transiēs ꝑ polos mūdi intersecās zodiacū in pricipio cācri et in principio capricorni: seu in maximis solis eleuatōib⁹ et declinatiōib⁹. ⁊ vocatur circul⁹ distinguēs solsticia ꝓ tanto ꝙ dū sol ꝑuenit ad pūcta in q̇bus intersecat zodiacū: tūc sol ibi stat ita ꝙ nō transit vltra sed reuertit̄. et ꝫm illa duo puncta sunt duo solsticia ī āno. s. vnū estiuale quasi ī medio iunij. s. dū sol intrat cācrū. Aliud ē solsticiū hyemale: ⁊ est quasi in medio decēbris dū sol ītrat capricornū. ¶ Vlterius est aduertēdum circa hoc ꝙ ī hmōi coluris assignatur maxima solis eleuatio/⁊ maxima solis declinatio. vnde maxima solis eleuatio est arcus coluri distinguentis solsticia qui est a principio cancri ad eq̄noctialem. ⁊ maxima solis declinatio est arc⁹ eiusdem coluri q̄ est a pricipio capricorni ad equinoctialē ille due ascensiones sunt equales int̄ se: ⁊ continent ꝫm aliquos astrologos q̄libet. 23. grad⁹ et. 51. minuta. Et pōt sciri ꝑ istū modū: q: sol in maxima ei⁹ eleuatione nobis eleuat̄ ꝑ. 65. gradus. s. parisius. et in maxima eius declinatione sol nobis eleuatur solū per. 17. gradus p̄cise cū quasi. 18. minutis. Capiatur ergo residuū inter 17. et. 65. et erunt. 48. gradus. exceptis tñ illis 18. minutis. diuidat̄ ergo illud residuū in duas ꝑtes equales/et tūc q̄libet quātitas est. 23. gradus cū. 51. minutis: ⁊ sic ꝑ3 de coluris. ¶ Tūc ꝯñr vidēdū est de circulo meridiano: ꝓ quo est aduertēdum ꝙ circulus meridianus dr̄ circulus diuidēs spherā in duas ꝑtes equales ⁊ trāsiens per zenit capitis ⁊ per polos mundi. ⁊ vocatur ille circulus meridianus q: dū sol ꝑuenit ad illum circulum est meridies. Et est aduertēdum ꝙ alium meridianū habent habitātes versus orientem ⁊ aliū habitātes versus occidentē nā penes hoc attenditur distantia vnius ciuitatis ab alia si vna sit versus orientē et alia ꝟsus occidentē. vnde arcus eq̄noctialis interceptus inter meridianū vnius ciuitatis ⁊ meridianum alterius vocatur longitudo regionis vnius vel ciuitatis ad aliā ciuitatē. ¶ Vñ ꝯñr de orizōte dicendū est. pro quo est aduertendū ꝙ orizon est circulus diuidēs emisꝑium suꝑius ab inferiori scd̄m astrologos. aut diuidens ꝑtē celi visam a non visa scd̄m ꝑspectiuos. Et est duplex orizon q: quidā est rectus ⁊ est orizon illoꝝ quoꝝ zenit recte est in eq̄noctiali: ⁊ iste orizon rectus transit ꝑ polos mūdi ⁊ intersecat equinoctialem ad angulos rectos sphærales. Sed alter est orizon obliqu⁹ et est orizon illorū quorū zenit est citra equinoctialē vel vltra: et iste orizon obliqu⁹ intersecat eq̄noctialē ad angulos obliquos: et sic ꝑ3 de istis. ¶ Tunc vidēdū est de quattuor minoribus circulis: et primo de duobus tropicis. Pro quo est aduertendū ꝙ circulus tropic⁹ dicitur circulus diuidēs spheram in duas partes inequales cōtingēs zodiacū in principio cancri vel in principio capricorni. vel sic. Est circulus descript⁹ a sole in maxima solis eleuatione vel in maxima solis declinatione. Et inde dicit̄ tropicus a tropos q̄d est ꝯuersio: q: postq̄ȝ sol talē circulū descripsit tūc incipit cōuerti et nō plus transit vltra sed incipit reuerti. Et sunt duo tropici. s. tropicus estiualis. Et est circulus descriptus a sole in maxima solis eleuatione seu sole exñte in principio cancri. alter est tropicus hyemalis ⁊ est circulus descriptus in maxima solis declinatōe ipso existēte in principio capricorni. ¶ Tunc vidēdum est de duobus alijs circulis. s. de polaribus. ꝓ quo est aduertēdū ꝙ zodiac⁹ est circulus obliquus ī sphera et habet alios polos q̄ȝ habeat totalis sphera et dicūt̄ poli zodiaci. ⁊ isti duo poli mouent̄ circa polos mūdi describendo duos paruos circulos qui vocant̄ circuli polares. ⁊ vnus dr̄ circulus arctic⁹. s. iste q̄ describit̄ a polo zodiaci circa polum arcticū. alter vocat̄ circulus ātarcticus. s. ille q̄ describit̄ a polo zodiaci circa polū antarcticū. ⁊ sic ꝑ3 de istis. ⁊ hec de primo articulo. ¶ Quantum ad scd̄m aduertendū est ꝙ zodiacus dicitur circulus diuidens spherā in duas ꝑtes equales intersecans circulū eq̄noctialē ad āgulos obliquos cuius vna ꝑs declinat versus meridiem. et alia pars ad septētrionē. ⁊ dr̄ iste circulus zodiacus a zoe q̄d est vita q: ꝑ motū planetarū sub illo circulo ꝯsistit vita in istis inferiorib⁹. vel dr̄ zodiacus a zodiō q̄d est aīal: q: diuidit̄ in duodecim partes equales quarū quelibet h3 nomē speciale alicui⁹ aīalis vt videbit̄ īfra. iste etiā circul⁹ alio nomine vocat̄ signifer eo ꝙ differt duodecī signa. ab Aristotele vocatur circulus obliquus Nā in scd̄o de generatione dicit philosophus ꝙ ꝓpter motū solis ī circulo obliquo fiūt generationes et corruptiōes hic inferius. ⁊ q: obliqu⁹ est op3 ꝙ habeat alios polos q̄ȝ habeāt alij circuli et vocant̄ poli zodiaci et sunt poli suꝑ q̇b⁹ mouentur orbes planetarū motibus ꝓprijs ab occidēte in orientē. Vlterius est aduertendū ꝓ diuisione hui⁹ circuli ꝙ iste zodiacus duplicit̄ ē diuisibilis. vno modo scd̄m latitudinē: alio mō scd̄m lōgitudinē vnde scd̄m latitudinē diuisibilis est in duodecim grad⁹. ⁊ in eo imaginat̄ quedam linea diuidēs eius latitudinē ī duas ꝑtes equales sc3 relinquēs ex vtraq3 ꝑte sex gradus et ista vocat̄ linea ecliptica. Et vocat̄ ecliptica ꝓ tanto q: qñ sol ⁊ luna sunt de directo sub ista linea ecliptica ⁊ ꝯiungunt̄ vel opponūtur: tunc est eclipsis solis vel lune: imaginando ꝙ si per centrū terre transiret vna recta linea applicans suas extremitates illi linee ecliptice ex vtraq3 ꝑte. ⁊ ista linea trāsiret ꝑ centrū solis ⁊ lune tunc est eclipsis. ⁊ si sit ꝯiūctio tūc erit eclipsis solis si oppositio tūc erit eclipsis lūe et istud nō p̄t fieri nisi sole existēte ī cauda vel ī capite dracōis et etiā luna aut vnus in capite et alter in cauda Et ex hoc p3 quare non fit eclipsis lune in qualibet oppositione ⁊ eclipsis solis in qualibet cōiunctione vñ hoc est ꝓ tāto ꝙ plures fiūt oppositiones vel ꝯiūctiones luna exñte extra eclipticam ꝓ tanto ꝙ sol est ꝯtinue sub ecliptica sed aliqñ luna eleuatur vltra eclipticā aliqñ deprimitur. Deinde de diuisione zodiaci scd̄m longitudinem est aduertendū ꝙ zodiacus scd̄m lōgitudinem diuidit̄ in. 12. ꝑtes equales q̄ vocātur. 12 signa ⁊ q̄l3 illarū. 12. ꝑtiū h3. 30. gradus longitudinis. ex quo infertur ꝙ totalis zodiac⁹ h3. 360 gradus longitudinis ex quo infertur vltra ꝙ q̄libet illarum. 12. ꝑtium est multomagis lōga q̄ȝ lata q: h3. 12. gradus latitudinis ⁊ 30. longitudinis, et per hoc patet ꝙ opinio illa erat falsa q̄

[Margin notes, left: "(D)e meri(di)ano." — "(D)e ori-zonte." — "(D)e duo-(bu)s tro-(pi)cis"]

[Margin notes, right: "De duobus paruis" — "Secūd⁹ articul⁹ De zodiaco." — "Prīa diuisio zodiaci." — "Scd̄a diuisio zodiaci"]

ponabat illa esse quadrata qꝛ quadratū ī ꝓpria
significatiōe dꝫ habere quattuoꝛ latera equalia.
¶ Ulterius est aduertendum ꝙ huiusmodi.12
partes noīantur.12.noib⁹ q̄ dicūtur.12.signa.s.
aries/taurus/gemini/cancer/leo/ virgo / libra/
scorpius / sagittarius/capricornus / aquarius/
pisces Et ista signa nominātur istis noībus per
quādā similitudinē ꝛ ꝓprietatē quā hn̄t ille par
tes zodiaci cū aīalibus a quib⁹ nominātur. vn̄
prima pars vocatur aries ꝓpter aliquas simili
tudines quaꝝ prima est quia in illa prima parte
zodiaci sunt quedā notabiles stelle sic disposite
ꝙ si abinuicē ꝓtraherētur linee ꝯponerent figu
rā arietis Alia similitudo est: quia sicut aries ē
aīal valde forte in capite: ita sol existēs in prin=
cipio arietis hꝫ valde magnā virtutē ꝛ fortitu=
dinē. Tertia similitudo est ꝙ aries est vnū aīal
qḋ ī vna medietate vnius anni iacet supra vnū
latus: et per aliā medietatē iacet supra aliud la
tus: et diuidit annū in duo equalia: ita sol dum
est in ariete diuidit diē naturalē in duas partes
equales scilicet in diem artificialem et noctem.
¶ Secūda pars vocatur taurus: vna similitu=
do est: quia dū sol est in illo signo tūc incipiūt la
bores tauroꝝ apparere/ita ꝙ terra tēpore illo ē
apta ad laborādū: et est quasi in medio aprilis.
Alia similitudo est ꝙ sicut taur⁹ est vnum aīal
forte in scapulis ita etiā dū sol est in secūda par
te tauri valde roboratur in virtute. Tertia simi
litudo est: qꝛ in principio illius signi sunt simul
plures stelle conglobate que vocātur pleyades
habentes similitudinē capitis tauri. ¶ Tertia
pars vocatur gemini ex eo ꝙ dū sol intrat illam
partē tūc aīalia ꝛ vegetabilia incipiūt gemina=
ri. et hoc est quasi in medio maij. Alia similitu=
do est: quia in illa parte sunt bis tres stelle no=
tabiles scḋm ordinē: q̇ galice dicūtur Les deux
bourdōs sainct iaques. ¶ Quarta pars voca=
tur cancer ex eo ꝙ sicut cancer est aīal retrogra=
dum ita sol dū intrat illud signū incipit esse re=
trogradus scꝫ reuerti. et in isto signo est illa no
tabilis stella q̄ vocatur canis. ¶ Quinta pars
vocatur leo: cā est; quia sicut leo est quoddam
aīal valde forte in parte āteriori: et debile in po
steriori: etiā sol ī parte ꝑma illius signi est mul
tū calefacti⁹: in secūda valde debilitatur in ca=
lore: et intrat in illo signo quasi in medio iulij.
¶ Sexta pars vocatur virgo ex eo ꝙ sicut vir
go est sterilis nō faciens fructū: ita sol dū est in
illo signo terra fit sterilis. ¶ Septima pars vo
catur libra ex eo ꝙ sicut libra est īstrumētū pō=
derandi ita etiā dū sol est in illo signo ponderat
dies artificiales contra noctes: et est quasi ī me=
dio septēbris. ¶ Octaua pars vocat̄ scorpius
quia sicut scorpius est quoddā aīal quod pūgit
sua cauda: ita etiā dū sol est in fine scorpionis. s.
in cauda tūc sol deficit notabiliter calefacere. et
sic frigus incipit pungere: et intrat sol in illo si=
gno quasi in medio octobris. ¶ Nona pars vo
cat̄ sagittarius ex eo ꝙ dum sol est in illa parte
tūc niues ꝛ pluuie mittūtur ad nos instar sagit
tarū: et intrat sol in illo signo quasi in medio no
uēbris. ¶ Decima pars vocatur capricornus:
causa est: quia sicut capricornus est quoddam
aīal quod ascēdit cōtra arbores ꝛ contra vites:
ita etiā dū sol itrat in illo signo tūc incipit ascē
dere versus nos: et est circa mediū decembris.
¶ Undecima pars vocatur aquarius ex eo ꝙ
sole existēte in illo signo multe generant̄ pluuie
et intrat illud quasi in medio ianuarij. ¶ Duo
decima pars vocatur pisces ex eo ꝙ dū sol ē in
illo signo tūc fit gn̄atio pisciū: et intrat illud si=
gnū sol quasi ī medio februarij: et durat vsq̄ ad
mediū marcij ¶ Tamē aduertendū est ꝙ quat
tuor modis post capi signū. primo modo ꝓ vna
duodecīa parte zodiaci vt dictū est. ꝛ isto modo
capitur cū dicitur planeta est in tali signo. i. sub
Secūdo modo capitur signū ꝓ piramide latera
ta cuius basis est duodecima pars zodiaci ꝛ co
nus piramidis est in cētro terre. et isto modo dr̄
bene ꝙ planeta est in signo qꝛ est ī ista piramide
Tertio modo capit̄ signū ꝓ superficie q̄ est duo
decima pars toti⁹ sphere isto modo ꝙ imaginē=
tur sex circuli transeūtes per principia. 12. signo
rū et intersecātes se in polis zodiaci tūc superfi
cies intercepta inter quoscūq̄ duos ꝓpinq̄ores
est signū t'tio modo. ꝛ isto mō stelle q̄ sunt iuxta
polos bene sunt in signis. quarto modo capit̄ si
gnū ꝓ piramide solida cuius basis ē signum in
tertia acceptione ꝛ conus ē super axem zodiaci
ꝛ isto modo oīa q̄ sunt in mūdo sunt ī signo Et
hec de secundo articulo: ꝛ patet ꝙ zodiacus est
verus circulus. ¶ Quantū ad tertiū articulū
aduertendū est ꝙ. 12. signoꝝ ipsius zodiaci sunt
quattuor triplicitates: in quarū qualibet tripli
citate sunt tria signa. de prima sunt aries: leo: sa
gittarius. de scḋa sunt taurus: virgo: capricor=
nus: de tertia sunt gemini: libra: aquarius. de
quarta sunt cancer: scorpi⁹: et pisces. Et ad re=
periēdū in qua triplicitate sunt ista signa habēt
aliqui q̄dā metra: sed leui⁹ pōt sciri isto modo.
qꝛ signent̄ quattuor termini fixi sicut quattuor
digiti: ꝛ tunc primo tradat̄ aries. scḋo taurus.
tertio gemini. quarto cancer. iterū primo leo: et
sic ꝯn̄r. Et signa cadentia in primo digito siue
termino sunt de prima triplicitate et cadētia in
scḋo de secūda: et in tertio erunt de tertia: et in
quarto erūt de quarta. Et est aduertēdū ꝙ ista
duodecim signa diuiduntur in quattuor tripli=
citates ꝓpter quattuor naturas siue cōplexio=
nes sibi assignatas: ita ꝙ signa de prima tripli=
citate habēt eādē cōplexionē. et sic de alijs. Un̄
quodlibet signū de prima triplicitate est calidū
et siccū: igneū/colericū/masculinū/ diurnum/ ꝛ
oriētale. ꝛ illi⁹ triplicitatis dn̄i sunt sol ī die: iu
piter in nocte. Sed quodlibet signū de scḋa est
frigidū/ ꝛ siccū/terreū/ ꝛ melancolicū/meridio=
nale/femininū/nocturnū. et illius triplicitatis
dn̄i sunt in die ven⁹ ꝛ in nocte luna. Sed quodlꝫ
signū de tertia est calidū et humidū: aereū: san
guineū: occidentale; diurnū ꝛ masculinū. et illi
us triplicitatis dn̄i sunt in die saturn⁹ ꝛ ī nocte
mercuri⁹. Sꝫ quodlibet signū de quarta est fri
gidū ꝛ humidū/aqueū/flegmaticū: septētriona
le nocturnū femininū. et illi⁹ triplicitatis dn̄i
sunt ī die ven⁹ ꝛ in nocte mars. ¶ Ulterius cir
ca hoc aduertendū est ꝙ hm̄ōi signorū quidam
gradus dn̄r masculini: alij dn̄r feminini. ꝛ rōnē
huius assignāt philosophi et astrologi: qꝛ cū sit
questio de qua oporteat discernere sexū sicut fit
in plurib⁹: videlꝫ vt de puero ī vētre m̄ris vtrū
sit vir vel mulier: vł de vtroq̄ sexu: tūc si fuerit

Noīa et rōes nominū. 12. signorū.

Quattuor acceptiones signi.

Tertiu[s] articul[us]

Quat[tu]or trip[li]citate[s] [si]gnoru[m]

Com[ple]xione[s] [si]gnor[um]

De [gra]dib[us] [ma]scul[inis] ꝛ fe[mini]nis.

significatoꝛ inuētus in aliquo gradu masculino illud atestatur masculinitati. ⁊ si in gradu feminino illud atestatur femininitati. Sed iterū huiusmodi signoꝝ q̄dam gradus dn̄r lucidi. aliȷ̄ tenebꝛosi. aliȷ̄ fumosi. ⁊ causa est qꝛ si ascēdens in natiuitate alicuius pueri fuerit in gradu lucido et etiā luna tunc talis puer dꝫ esse pulcher ⁊ lucidus. si in gradu tenebꝛoso minꝰ pulcher ⁊ turpis. si in fumoso tunc dꝫ tenere medium.

*De gradibꝰ lucidis et tenebꝛosis*

¶ Secundo notandū ꝙ huiusmodi. 12. signoꝝ quedā sunt mobilia scꝫ quatuoꝛ alia quatuoꝛ sunt fixa et alia quatuoꝛ sunt cōmunia. Unde aries cancer / libꝛa / ⁊ capꝛicoꝛnus sunt mobilia. et taurus leo / scoꝛpiꝰ / aquarius sunt fixa. ⁊ virgo / sagittariꝰ / gemini / ⁊ pisces sunt cōia. ⁊ hoc potest sciri istomodo. Capiātur tres digiti dādo cuilꝫ vnū signum tunc cadētia in pꝛimo digito sunt mobilia in secūdo fixa in tertio coia. ⁊ est aduertēdū ꝙ signū vocatur mobile ꝓ tanto qꝛ cū sol intrat ī illo signo tūc dispositio aeris dꝫ variari ⁊ non ꝑseuerare in eodē statu / nā in introitu solis in ariete mutatur hiems in ver. ⁊ in introitu solis in cancro mutatur ver in estatē. et in introitu libꝛe mutatur estas in autūpnum. et in introitu solis in capꝛicoꝛno mutatur autūpnꝰ in hyemē. Sed signū dr̄ fixū qꝛ dū sol intrat in illo tunc dispositio aeris siue tꝑis dꝫ ꝑseuerare in eodem statu. Sed signum dr̄ cōe qꝛ ꝑtinet ei de mobili signo et de fixo: ita ꝙ cōe signum ꝓ ꝑte est mobile ⁊ ꝓ ꝑte est fixū. Et est aduertendū ꝙ ad inceptionē alicuius oꝑis bene respiciendū est ad ipāꝫ lunā si fuerit in signo fixo vel mobili vel cōi. qꝛ si fuerit in mobili tunc opus inceptū non haberet durationē. si in fixo dꝫ diu durare. si in cōi tunc dꝫ durare cōiter.

*De signis mobilibus ⁊ fixis.*

Sed aliquis q̄reret quomō sciet in quo signo est luna qualꝫ die Ad hoc respondetur ꝙ hoc potest sciri ꝑ istū modū. qꝛ capiat fundamentū in aliqua ꝯiunctione ⁊ tunc sumere etatē. s. aliquos dies a ꝯiunctiōe illa vsqꝫ ad diem in qua volumus scire in quo signo est. postea geietur illa etas qua geminata addātur iterum. 5. dies vltra numeꝝ ⁊ de tali nūero resultāte dentur. 5. cuilꝫ signo post signū ꝯiunctiōis. si nichil remanet tūc recte est in pꝛincipio signi sequentis lunā. si aliquid remaneat dentur ꝓ quolibet die. 6. gradus signi sequentis.

*De loco lune in signis.*

¶ Tertio notandum est ꝙ septem planete erratici in aliquibus signis dicuntur exaltari ⁊ in aliquibus gradibus specialiter et in aliȷ̄s cadere. vnde sol exaltatur in. 19. gradu arietis. luna in tertio gradu tauri. saturnus ī. 21. gradu libꝛe. iupiter ī. 15. cancri. mars in. 28. capꝛicoꝛni venus exaltatur in. 27. gradu piscium. mercurius in. 15. virginis caput dꝛaconis exaltatur in tertio geminoꝛum. ⁊ cauda in tertio sagitarȷ̄. Et dicuntur planete exaltari in signis ⁊ gradibus vt dicit Albumasar hoc est quia fuerunt creati in illis gradibus et signis.

*Fortitudines planetaꝝ in signis.*

¶ Quarto aduertendū est ꝙ quodlꝫ signum diuiditur in tres partes equales quarū quelꝫ habet. 10. gradus ⁊ pꝛimi decem vocātur pꝛima facies / ⁊ scd̄i decē vocātur secūda facies signi / ⁊ aliȷ̄ decē tertia facies ⁊ cuiuslibet istarū facierum aliquis planeta est dominus / vt mars est dominus pꝛime faciei arietis / sol scd̄e / venꝰ tertie / mercurius pꝛime tauri ⁊c̄.

*Facies signoꝛum.*

¶ Quinto aduertendum est ꝙ in zodiaco ymaginātur duplices domus: imaginātur em̄ alique domus mobiles: scꝫ duodecim ꝑ istum modū ꝙ imaginet̄ zodiacus diuidi in quattuoꝛ ꝑtes equales ⁊ earū quelꝫ iterū ī alias tres ꝑtes equales: et tunc pꝛima q̄ est in cōtactu oꝛizontis in oꝛiēte est pꝛima domus. postea scd̄a versus āgulū noctis vocatur scd̄a domus. tertia vocatur tertia domus et sic de aliȷ̄s.

*Duodecim domꝰ celi.*

Sed alie sunt domus immobiles ita ꝙ q̄libet planeta sibi determiat certū signū vel certa signa ꝓ domo sua. vn̄ leo est domus solis. cancer est domus lune. gemini et virgo sunt domus mercurȷ̄. taurus et libꝛa sunt domus veneris. aries et scoꝛpio domus martis. pisces et sagittarius sunt domꝰ iouis. aquarius et capꝛicoꝛnus sunt domus saturni.

*Domus planetarum in signis.*

¶ Ultimo est aduertendū ꝙ q̄libet signū determiat sibi certā partē hoīs supꝛa quā habet specialē virtutē. vn̄ aries determinat sibi caput / taurus collū / gemini bꝛachia / cācer pectus ⁊ interioꝛa pectoꝛis: sicut pulmonē et splen / leo stomachū et coꝛ ⁊ inferioꝛes ꝑtes pectoꝛis. virgo vmbilicū et partes adiacētes sibi. libꝛa lūbos ⁊ hancas ⁊ partē inferioꝛē ventris. scoꝛpius pudibūda et vesicam. sagittarius crura. capꝛicoꝛnus genua. aquarius tibias et canillas pedū. et pisces determinat sibi pedes.

*De signis ⁊ mēbris hominis*

¶ Rationes que fiunt de circulis aliȷ̄s a zodiaco bene arguūt ꝙ tales non sunt veri circuli nec reales. Ad rōnem de zodiaco negatur antecedens ad pꝛobationē dꝛ ꝙ ibi nō ita ꝓpꝛie capitur circulus vt patet in pꝛimo articulo. ad confirmationē dicitur ꝙ linea ecliptica non est nisi linea ymaginata in zodiaco. Rationes post oppositum arguunt de zodiaco.

*Ad rōes ꝗtionis.*

## ¶ De duobus coluris.

Sūt autē alii duo circuli maioꝛes ī sphera qui dicūtur coluri. quoꝛū officiū est puncta pꝛincipalia (que dicunt̄ solsticia et equinoctia) distinguere. Dicitur aūt colurus a colon grece qđ est mēbꝛū latine / et urosqđ est bos siluester. qꝛ queādmoduꝫ cauda bouis siluestris erecta (q̄ est eiꝰ mēbꝛū) facit semicirculum / nō perfectum: ita colurus semper apparet nobis īperfectꝰ: qm̄ solum vna eius medietas apparet alia vero nobis occultatur

*Quid colurus.*

Colurus igitur distiguens solsticia trāsit ꝑ polos mūdi / per polos zodiaci / et ꝑ duo solsticia hoc est ꝑ pꝛimos gradꝰ cācri ⁊ capꝛiconi vbi sunt maxime solis declinationes.

*Colurꝰ solsticialis.*

Un̄ pꝛimus pūctus cancri vbi colurus iste intersecat zodiacum dr̄ punctus solsticii estiualis: quoniam qn̄ sol est in eo est solsticiū estiuū: qꝛ nō pōt sol magis accedere ad zenit capitis nostri / indeqꝫ recedere icipit.

*Quid solsticiū*

Et autem zenit punctus ī celo directe supꝛa positus capitibꝰ nr̄is. nadir aūt punctus ei dia

*Quid zenit ⁊ nadir.*

metraliter oppositꝰ. Arcus vero coluri qui itercipitur inter punctū solsticii estiualis ꝛ equinoctialē: appellatur maxia solis declinatio. ꝛ est secūdū Ptholomeum. xxiii. graduū. et. xxxi. minutoꝝ. secūdū Almeonē vero. xxiij. graduū et xxxiii. minutorū. Silr primꝰ pūctꝰ capricorni vbi idē colurꝰ ex alia pte itersecat zodiacū dr̄ punctꝰ solsticii hyemalis. et arcus coluri intceptus int pūctū illū et equinoctialē dicit alia maxia solis declinatio. ꝛ ē equalis priori. Alter quidē colurus trāsit p polos mundi: et p pricipia arietis et libre vbi sūt duo eqnoctia vn̄ appellatur colurus distiguēs equinoctia. Isti aūt duo coluri itersecāt sese sup polos mūdi ad āgulos rectos sphe rales Signa quidē solsticiorū ꝛ equinoctioꝝ his patent versibus. Hec duo solsticia faciunt cancer capricornus. Sed noctes equant aries et libra diebus.

*Quid maxia zodiaci declinatio.*

*Colurꝰ equinoctialis.*

¶ Hec ē tertia particula prime partis de aliis duobus circulis maioribus qui dicūtur coluri: et primo agit̄ de eis in cōi. secūdo de vno quoqꝫ in speciali ibi: colurus igitur. Quātū ad primū duo facit: primo dicit de eoꝝ officio et vtilitate secūdo de nois coluri interpretatione ibi. dicit̄ aūt colurus. Officiū igitur principale hoꝝ circuloꝝ est distinguere nobis zodiacū ī quattuor quartas. 4. anni tēporibus supra dictis correspondētes: ꝛ signare nobis quattuor pūcta principalia zodiaci in quibus est sol ad inicia dictorū quattuor tēpoꝝ ¶ Notandū ꝙ per officium alicuius circuli vtilitatē eius aut cām ꝓpt̄ quā in celesti sphera describitur intelligimus. quia igitur totā cām diuisiōis zodiaci ex diuersitatibus tempoꝝ in anno solari cōtingentiū accepimus: inter quas diuersitates quattuor predicte notabiliores ꝛ maiores sunt: ideo opus fuit circulos quosdā zodiacū in quattuor quartas distinguētes ymaginari: ꝛ isti sūt coluri ¶ Textꝰ Dicitur aūt. Ponit iterp̄tationem nois coluri dicēs ipsum esse sumptū ex translatione vel metaphora. colurus em̄ grecū nomen cōpositū est et latine est membrū bouis vel cauda bouis. et quia sicut cauda bouis qn̄ incuruatur non facit circulū integrū sed fere medietatē: ita quilꝫ istorū circuloꝝ nunqꝫ integer supra orizontē apparet sed sola eius medietas ideo coluri dicuntur. ¶ Notandū ꝙ cū nobis de p̄dicta iterp̄tatiōe coluri nō multū cōstet eo ꝙ litteras grecas nō callemus. ideo in huiusmodi vocabulorū interpretationibus peritioribus credendum est. Boetius aūt in secūdo libro Arismetice vbi de figuris numerorū solidorum agit: sic nomen coluri interpretatur. colurus inquit grece curtū est latine. vnde et curtā pyramidē coluron dicit grece noiari. secūdū hāc igitur interpretationē nomē coluri non translatiue sed ꝓprie istis circulis attribuitur. quilibet enim eoꝝ nūqꝫ integer sed diuisus seu curtus iu hemisperio nostro apparet.

*Quod ē officium hoꝝ circulorum*

*Quid colurꝰ scdꝫ Boeciū*

¶ Tex. Colurus igitur. Dicit de istis circulis in speciali: et primo de quolꝫ eoꝝ seorsum. scdo cōparat illos ad inuicē ibi. Isti aūt duo. Et iterū primo dicit de coluro solsticiali: secūdo de coluro equinoctiali ibi. Alter quidē. Circa primū colurū duo facit. primo ponit eius descriptionē secūdo quosdā terminos ignotos declarat ibi. Vn̄ primus. Descriptio huius circuli clara est transit em̄ ab vno polo equinoctialis per polū zodiaci sibi ꝓximū: et per principiū cancri vsqꝫ ad aliū polum equinoctialis ꝛ zodiaci: rediens per principium capricorni ad primum polum. ¶ Notādū ꝙ punctū illū zodiaci qui maxime distat ab equinoctiali vocat maximā solis declinationē eo ꝙ nō vult loqui de maxima distātia zodiaci totius sed de maxima distātia linee ecliptice que est via solis: ac si diceret punctus ille zodiaci quē cū sol peruenit maxime distat ab eqnoctiali est maxima zodiaci declinatio: et talis nō est nisi pūctus ecliptice. ¶ Tex. Vn̄ primꝰ. declarat duos terminos in p̄dicta descriptione positos. scdm ibi. Arcus vero. Primus igit̄ terminus est solsticiū ꝓ cuius declaratione sciēdū est ꝙ primus pūctus signi cācri vbi colurus iste ex vna parte intersecat zodiacū dr̄ solsticiū estiuale. solsticiū quidē qꝛ quādo sol est in eo videt̄ stare inter accessum et recessum. sol em̄ prius ascēdebat versus zenit capitis nostri (quod est pūctus celi directe supra nos) cum autem venit sol ad istud punctū: non amplius ascēdit: sed inde incipit descēdere ꝛ recedere a nostro zenit. ideo ibi fuit status vel statio solis in ascendēdo. sed dicitur estiuale: qꝛ qn̄ sol ad punctū illum peruenit est principiū estatis. Similiter primꝰ pūctꝰ capricorni vbi idē colurus ex alia parte intersecat zodiacū: dr̄ solsticiū hyemale. solsticiū quia sol vsqꝫ ad illū punctū recedit a nobis ꝛ inde incipit iterū accedere ideo ibi est status solis in recedendo. dicitur autem hyemale quia qn̄ ibi est sol est principiū hyemis. ¶ Notandū ꝙ si ꝓtrahatur ymaginaliter linea recta vel dyameter ab extremo ad extremū celi per centrū terre et per verticē capitis alicuius hois vnus pūctus terminalis eius dr̄ zenit illius hois. alius vero nadir. similiter si talis linea p mediū alicuiꝰ ciuitatis ꝓtrahat̄ ostēdet zenit ꝛ nadir talis ciuitatis ¶ Tex. Arcus vero coluri. Declarat aliū terminū scꝫ qd est maxima solis declinatio dicens ꝙ est arcus vel portio huius coluri inter equinoctialē et solsticiū interceptus: et quātitas talis arcus ſm Ptholemeum est. 23. graduum et. 51. minutoꝝ: sed ſm Almeonem est. 23. graduum ꝛ. 33. minutorum. et huiusmodi maxima solis vel ecliptice declinatio ab equinoctiali est duplex: vna inter primū punctū cancri ꝛ equinoctialem alia inter primū punctū capricorni et eūdē equinoctialē: et harum vna est precise alteri equalis. quanta autē sit singularum partiū zodiaci declinatio ab equinoctiali capitulo quarto hꝫ videri ¶ Notandū ꝙ dicte maxime declinationes zodiaci octaue sphere ab eqnoctiali quādoqꝫ sunt maiores: quādoqꝫ sunt minores vt Purbachiꝰ in theorica octaue sphere ex motu accessus ꝛ recessus eiusdē probare nititur. sicut etiam supra

*Cādiu[...] sitatꝫ in Ptho[l...]meum Alineo[...]uem.*

dixímus ſecūdum eūdem principia arietis ⁊ li
bre primi mobilis non ſemper eſſe puncta equi
noctiorū nec principia cancri ⁊ capricorni ſem-
per eſſe ſolſticia .hec igitur potuit eſſe cauſa di-
uerſitatis inter Ptholemeū et Almeonē circa
maximas ſolis declarationes q̄ tēpore Ptho-
lemei erant maiores q̄ tempore Almeonis.
¶ Notādū etiā ꝙ q̄titas maxie declinatiōis
zodiaci ab equinoctiali pōt ſciri certiſſime per
hunc modū quo etiā modo ſcita fuit a Pthole
meo et ab alijs aſtrologis.capiaẗ per aſtrolabi-
um vel per aliud inſtrumentū aſtrologie eleua-
tio ſolis ſupra orizōtē in meridie maxime diei
totius anni q̄ eſt ſolſticium eſtiuale: et ſit verbi
gratia.65.gradus pariſius. capiatur iterum ea
dem eleuatio ſolis ī meridie minime diei totiꝰ
anni que dicitur ſolſticiū hyemale et ſit.17.gra
duum:deinde ſubtrahatur minor a maiori et re
manent.48.gradus que eſt tota latitudo torri
de zone.diuidatur ergo iſte totus numerus per
medium/et tunc habebitur quelibet maxia zo-
diaci declinatio.24.graduū . eodemmodo fiat
in qualibet alia ciuitate et nullus poterit eſſe er
ror. ¶ Textꝰ.Alter quidē colurus. Determi-
nat de coluro equinoctiali ponēs eius deſcripti
onem que talis eſt.tranſit enī ab vno polo equi
noctialis per principiū arietis vſq ad alterū po
lum / indeq libre reuertitur ad primum polum
et q: dicta duo puncta zodiaci ſunt duo equino
ctia vt ſupradictū eſt:ideo colurꝰ iſte dr̄ colurus
equinoctialis: q: ſcilicet tranſit per equinoctia
¶ Textus. Iſti autem. Comparat predictos
duos circulos adinuicem ⁊ metrice commemo
rat quattuor predicta puncta zodiaci in quibus
tangitur a duobꝰ coluris que littera facilis eſt.

¶ De meridiano et orizonte

Sunt iterum duo alij circuli maiores ī
ſphera:ſcz meridianꝰ et orizon. Eſt aūt
meridianus circulus quidā tranſiens p
polos mundi et per zenit capitis noſtri
Et dicitur meridianus: q: vbicunq ſit
homo/et in quocunq tpe anni quando
ſol motu p̄mi mobilis peruenit ad ſuum
meridianū:eſt illi meridies. cōſimili ra
tione dicitur circulꝰ meridiei/et hoc eſt
vnum eius officiū. Alterū aūt eſt oſten
dere diſtantias locorum ab oriente] oc-
cidente]et abinuicem que dicuntur lon
gitudines. Unde lōgitudo alicuius ci-
uitatis vel diſtantia eius ab occidente
eſt arcus eq̄noctialis īter eius meridia
num et occidentalē interceptus. Et no
tandū ꝙ due ciuitates quarum vna ma
gis accedit ad orientē q̄ alia habent di
uerſos meridianos.⁊ arcus equinoctia
lis īterceptus inter illos duos meridia
nos dicit̄ longitudo ciuitatū.ſi aūt due
ciuitates eūdem habeant meridianum

tunc equaliter diſtant ab oriente ⁊ occi
dente. Horizō vero eſt circulus diuidēs
inferius hemiſperium a ſuperiori.⁊ hoc
eſt primū eiꝰ officiū. vnde appellat̄ ho
rizō id eſt terminator viſus.dicitur etiā
horizon circulus heſperij. Eſt autē du-
plex horizon rectus ſcilicet ⁊ obliquus
ſiue decliuis. Rectū horizonta ⁊ ſpherā
rectam habēt illi quorū zenit eſt in equi-
noctiali/vel q̄ manent ſub equinoctiali
ſi aliquis ibi manere poſſit. ⁊ dr̄ ſphera
recta q̄ nō neuter polorum magis alte-
ro illi s eleuatur. vel q: illorum horizon
eſt circulus tranſiens per polos mundi
diuidēs equinoctialē ad āgulos rectos
ſpherales. vnde dicitur horizō rectus ⁊
ſphera recta. Obliquū horizōta et ſphe
ram obliquā ſiue decliuem habent qui
cunq habitant citra equinoctialem vel
vltra illis enī ſupra horizōtem alter po
lorum ſemp eleuat̄/reliquus vero ſem-
per deprimit̄ ſub orizonte. vel quoniā
illorū horizon artificialis īterſecat equi
noctialē ad angulos īpares ⁊ obliquos
vnde dicit̄ orizon obliquus et ſphera o
bliqua ſiue decliuis. zenith autē capitis
noſtri ſemp eſt polus horizontis: ſicut ⁊
nos ſemp ſumus in centro eiuſdē. Un-
de ex hiis patet ꝙ quāta eſt eleuatio po
li mundi ſupra orizontē. in quacūq ha-
bitatione tanta eſt diſtantia zenit illius
ab eq̄noctiali. quod p meridianū circu-
lum hꝫ pbari. ſed cum ī quolibet die na
turali vterq colurus bis iūgatur meri
diano: ſiue idē ſit ꝙ meridianꝰ: quicq̄d
de vno probatur et de reliquo. Sumat̄
igit̄ quarta pars coluri diſtīguētis ſol
ſticia. q̄ eſt ab equinoctiali vſq ad polū
mundi. ſumatur iterū quarta pars eiuſ
dē coluri que eſt a zenith vſq ad orizon
tem cū zenit ſit polus horizōtis. iſte due
quarte cū ſint quarte eiuſdē circuli in-
ter ſe ſunt equales. ſed ſi ab equalibus
equalia demātur vel idem cōmune: reſi
dua erūt equalia. dēpto igitur cōmuni
arcu ſcilicet qui eſt inter zenit ⁊ polū mū
di: reſidua erūt equalia ſcz eleuatio poli
mundi ſupra horizōtē]et diſtantia zenit
ab equinoctiali. Et ſic pꝫ aliud circuli ho
rizontis officiū ad cognoſcēdas ſcilicet

Margin notes (left, partly cut off): capitu… | …uid …ridia…s | …uid e …ionḡ …itudo
Margin notes (right): Quid orizon | Quotuplex eſt. | Orizon rectus. | Orizon obliquꝰ. | Suppoſitio. | Concluſio.

distātias locorum ab equinoctiali z ab-
inuicem que dicūtur eorum latitudies
Quid ē regionū latitudo
Et est latitudo alicuius ciuitatis arcus
meridiani inter polū mundi et eius ori
zontē: vel inter equinoctialē et eius ze-
nit interceptus. Ciuitates vero quaruz
vna magis appropinquat equinoctiali
q̄ alia habent diuersos orizōtes. arcus
autē meridiani īter duos circulos equi
noctiali paralellos per earū zenit trāse-
untes interceptus dicitur earum secun
dum latitudinem differentia.

¶ Hec est quarta particula prime partis de a-
liis duobus circulis maiorib⁹ qui dicuntur me
ridianus z orizon. et p̄mo dicit de circulo meri-
diano. scd̄o de orizonte ibi: orizon vero. Circa
meridianū sic procedit. primo ponit eius descri
ptionē. scd̄o sui noīs declarationē ibi: z dicitur
Descriptio igitur circuli meridiani talis est: q̄z
transit ab vno polo equinoctialis per zenit ca-
pitis nostri vsq̄ ad aliū polum a quo iterum p
nadir (quod est punctū celi directe sub pedibus
nostris) reuertitur ad primū polum. ¶ Text⁹.
Et dicitur. ponit noīs meridiani declarationē
vbi simul duo huius circuli officia z vtilitates
ostēdit. scd̄m officiū tangitur ibi. Alterū autē.
meridian⁹ ergo iō sic dictus est: q̄z ostēdit pun-
ctū meridiei et etiā pūctū medie noctis. in qua
cūq̄ enī regione sit homo quolibet die anni qū
sol raptu primi mobilis tangit istū circulū ī su-
periori hemisperio est pūctus meridiei. quādo
aūt in inferiori hemisperio ad eūdē circulū per
uenit est pūctus medie noctis. et hac etiā de cā
dr̄ ab aliis circulus meridiei. sic igitur p̄z vnū
huius circuli officiū q̄z ymaginamur ipsū ad si-
gnandā illā partē hemisperii ad quā cū sol pue
de cognitione meridiani.
nerit est meridies vel media nox ¶ Notādū q̄
si quis huius circuli sitū in celo cognoscere vo
luerit locū solis in celo hora duodecima horo-
logii dimidii bene verificati aliqua die obseruet
et tūc filū perpendiculi cōtra radios solis pen-
dentē ostendat in vmbraq̄ fili lineā rectā vel in
plano / vel in pariete describat. que si ī plano de-
scripta sit directe cōtra polū arcticū porrigitur
imaginetur ergo circulus in celo directe huic li
nee supra positus ille est meridianus: et in quo
libet die anni qū vmbra perpēdiculi directe sup
hanc lineā extēditur tangit sol circulū meridia
nū: et est pūctus meridiei. Simplices tñ z idio
te per habitudinem ad vmbrā alicuius domus
vel parietis horā meridianā cognoscūt. multis
etiā aliis viis cognitio circuli meridiani potest
haberi: sed nūc illas omitim⁹ ¶ Textus. Alte
rū autē. Tangit aliud officiū circuli meridiani
et est valde notabile vbi prius insinuat dictū of
ficiū. secūdo p̄sequitur declarationē illius ibi.
vnde longitudo. p̄dest igitur secūdo z deseruit
circulus meridian⁹ ad cognoscēdas distantias
locorū et habitationū ab oriente et occidente et
distantias diuersarū habitationū ad īuicem que
dicūtur earū longitudines. et hoc q̄dem ad illā
partē astrologie q̄ geographia vel cosmogra-
phia dr̄ valde necessariū est vt statim videbitur
¶ Textus. Unde lōgitudo. Declarat quod di
xerat. et primo quid sit longitudo ciuitatū et re
gionū ab oriente et occidente: z quomō accipit̄
ab astrologis. secūdo facit idē de distantia lon-
gitudinis vnius ciuitatis vel regionis ab alia
ibi. et notandū. lōgitudo ergo alicuius loci vel
ciuitatis ab occidente est arcus vel portio equi
noctialis circuli inter meridianū illi⁹ loci z me
ridianū terre maxime occidentalis intercepta.
et hec est illa q̄ in tabulis cosmographie Ptho
lemei sm̄ quosdam p gradus z minuta p̄putat̄
¶ Notandumq̄ aliqui astrologi ponūt duplex
Q̄d duplex ē occidens.
occidens. s. verū z h̄itatū. occidens verū dicunt
illā partē terre vel maris cuius zenit distat a ze
nit terre maxime orientalis (que est circa para-
disum terrestrem vel ī littore maris indici) cen
tū et octoginta gradibus que est medietas cir-
culi. sed occidēs habitatū est p̄pinquius orienti
per decē z septē gradus cum medio: et distat a
terra maxime orientali p̄dicta gradib⁹ .162. cū
medio. z hec est occidētalior terra iuxta littora
maris occeani. et scd̄m Ptholemeū sunt q̄dam
insule iuxta fines hyspanie z mauritanie z libie
interioris: quarū quedā dicuntur fortunate / vel
deorū insule: ab hyspanis vero canarie noīantur
alie vero catherides insule. Et in quadā insula
Gades hercul[...]
ibi p̄xima q̄ dicitur gadira vt fertur. Hercules
duas columnas marmoreas: et super eas duas
statuas lapideas singulas claues in manib⁹ te-
nentes apposuit: et hee dicūtur gades herculis
Sic igitur geographi longitudines ciuitatū et
locorū ab occidente describentes ad meridianū
occidentis habitati cōputationes suas referūt:
et sic accipere oportet gradus et minuta longi-
tudinū in tabulis Ptholemei posita Sed certe
bene inspiciēti Ptholemeū nō est distinctio hec
duplicis occidentis sue doctrine cōsona imo se-
cūdū cū occidēs habitatū et verū idē est. z vtrū
Q̄d li[...] tudin[...] locorū occid[...] p̄puta[...]
q̄ ab oriēte. 180. gradibus distat. Et potius ab
occidente q̄ ab oriente longitudines cōputant
astrologi: q̄z de terra maxime orientali eis non
constat. scd̄m enī theologos vt Isidorus dicit
paradisus terrestris est ī principio terre ad oriē
tem sub equinoctiali. tabula aūt gn̄alis Ptho-
lemei vsq̄ ad illū locū nō pertingit: quia p̄pter
multa ipedimenta aditus ī paradisum terrestrē
hoībus est p̄hibitus: et p̄cipue p̄pter gladiū flā
meū quo de⁹ paradisum quasi muro cinxit. vñ
dicta tabula Ptholemei ex parte orientis certū
Q̄d [...] p̄ma[...] talis [...] est [...] Diu[...] tas [...] ter p[...] cos [...] trol [...] circa [...] gitu[...] terre[...]
terminū nō habet. Sed terra maxime occidēta
lis notissima est vnde habita distanta alicuius
regionis ab occidēte faciliter habebitur eiusdē
distantia ab oriente subtrahendo scz gradus di-
cte longitudinis a. 180. gradibus. ¶ Notandū
etiā q̄ secūdū astrologos longitudo terre sumit̄
ab oriente ī occidentē vel econtra. latitudo aūt
ab equinoctiali ad polos vel econtra. sed scd̄m
Aristotelem in secūdo de celo oppōito mō lon-
gitudinē et latitudinē mundi oportet accipere.
Et forte huius diuersitatis ratio est: q̄z Aristo-
teles totā spheram vniuersi cōsiderauit: in qua
circulus equinoctialis qui dr̄ cigulus p̄mi mo
bilis: p̄tēditur ab oriente in occidentē: et pars
orientis a qua incipit motus dicitur dextrū vni
uersi: occidens vero sinistruz: ideo distantiā ab

quitas ⁊ aliq̃n directior irradiatio. Cõfirmatur
hoc ex hominum naturis et complectionib⁹. q̃r
habitantes circa tropicum estiuum ethiopes ni
gerrimi / siccissimi / atq; breuis stature ⁊ periodi
sunt. sed sub equinoctiali sunt pallidi homines
atq; bone cõplexionis ⁊ longioris vite reperiun
tur. cum enim ãno christi domini. 1491. illustris
sim⁹ hyspaniarum rex fernãdus expertissimos
nautas versus occidẽtem equinoctialem ad in-
sulas querendas miserit. tandem post quattuor
fere menses idem naute reuersi insulas multas
sub equinoctiali vel prope dicunt se reperisse. in
cuius rei testimonium multa genera auium ex-
quisitissima multasq; species aromaticas p̃cio
sissimas / aurumq; ⁊ homines illius regionis se
cum aduexerunt: homines quidẽ illi nõ magne
stature / sed periocundi / sepius ridẽtes ⁊ bone in
dolis / facile omnibus credentes et acquiescen-
tes / satis ingeniosi / ceruleo colore / ⁊ capite qua
drangulari hyspanis mirabiles apparuerunt.
¶ Et per hec ad argumẽta vtriusq; opinionis
facilis est responsio. non enim sequitur vt dicit
prima opinio si procedentibus a quarto clima-
te versus tropicum estiuum semper apparẽt ca-
lidiores ⁊ intemperatiores regiões. ꝙ etiam ꝓ-
cedentibus a tropico versus equinoctialem eo-
dẽ modo appareãt propter causas dictas. Quod
autem secunda opinio adducit ex Isidoro et ex
textu sacre pagine concedimus. sed dicimus ꝙ
amenitas paradisi terrestris non est ex qualita- *Paradisus terrestris lz sit in torrida zona tñ est loc⁹ amenissimus*
te vel natura regionis illius. sed ex paradisi situ
eo enim ꝙ in loco altissimo est. vt Isidorus di-
xit transcẽdit magnam partem medie regionis
aeris. vnde ibi neq; vẽti / neq; turbines / nec plu-
uie generantur. neq; etiam propter radiorum re
flexionem ibi caliditas intenditur. Sepe enim
propter diuersum alicuius ciuitatis situm / aut
in alto / aut in imo / aut contra orientem vel occi
dentem / aut boream / ⁊ austrum in regionib⁹ in-
temperatissimis ipsa temperata apparet et ecõ
tra. vñ lz iudea patria calida sit. quia ĩ tertio cli
mate. tamen in sancta ciuitate hierusalem ali-
quando est frigus ingens vt euangeliste dicunt.
quia Petrus calefaciebat se propter frigus. eo
ꝙ ciuitas illa est supra mõtem. Alie vero ratio-
nes solum arguunt pro secunda conclusione.

¶ Domini Petri de Aliaco
Questio quarta.


Ueritur quarto vtrum distãtie po
lorum zodiaci a polis mũdi sint eq̃
les maximis declinatiõibus solis
videlicet sic ꝙ distantia poli zodia
ci a polo arctico sit equalis maxi-
me solis declinationi septentriona
li. ⁊ distantia alterius poli zodiaci a polo antar-
ctico sit equalis maxime solis declinationi me-
ridionali. Arguit̃ primo ꝙ nõ. quia propter mo
tum accessus ⁊ recessus octaue sphere quem po
nit Thebit in quodam tractatu de motu octaue
sphere poli zodiaci quandoq; sunt propinquio-
res polis mundi. quandoq; remotiores. ergo di
stantie illorum polorum a polis mũdi quãdoq;
sunt maiores ⁊ quãdoq; minores. modo maxi-
me solis declinationes semper sunt equales. sci
licet in omni tempore et in omnibus regionib⁹.
ergo distantie polorum zodiaci a polis mundi
non sunt equales illis declinationib⁹ maximis.
¶ Secundo sic: quia distantie polorum zodiaci
a polis mũdi sunt semper equales. sed maxime
solis declinatiões non semper sunt equales. er-
go questio falsa. cõsequentia est nota. prima ps
antecedentis nota est. probatur secũda. quia in
opposito augis ipsius solis quod est in pricipio
capricorni sol est propĩquior terre ꝙ̃ in auge ei⁹
ergo sequitur ꝙ illo tunc describit tropicũ hye-
malem inequaliter distãtem ab equinoctiali ad
distantiam qua describit tropicum estiualem.
¶ Tertio sic. quia nullus est polus zodiaci. er-
go questio supponit vnum falsum / antecedens
patet. quia polus debet esse immobilis / cum sit
terminus axis modo in zodiaco nihil est immo
bile. ergo nullus est polus zodiaci. Et consi-
mili ratione arguitur ꝙ nullus est polus mun-
di. ¶ In oppositum arguitur per auctorem
in textu ponentem ꝙ eleuatio poli zodiaci a po
lo mundi equalis est maxime solis declinatio-
ni. et ideo quum vna maxima solis declinatio

sit alteri equalis: ⁊ etiam vna distantia poli zodiaci a polo mūdi sit equalis distātie alterius poli zodiaci a polo mundi: habet propositum. In questione erūt duo articuli. in primo erunt notabilia. in secūdo ꝯclusiones.

*Primꝰ articulꝰ.*

¶ Quātum ad primum notandum est ꝙ per maximas solis declinationes intelliguntur distantie tropicorum ab equinoctiali ita ꝙ per maximā solis declinationem septentionalem intelligitur distantia equinoctialis a tropico cancri seu estiuali. et ꝑ maximam solis declinationem meridionalē intelligitur distantia equinonoctialis a tropico capricorni seu hyemali: iste due maxime solis decliationes sunt equales ⁊ omnibus temporibus et omnibus regionibus. Tn̄ aduertendū est ꝙ cū dicit declinationē solis esse maiorē in vna regione ꝙ̄ in alia vel ecōtra aliter capiunt maxia solis declinatio ⁊ eleuatio ꝙ̄ ibi. Vn̄ maxima solis eleuatio aliqn̄ capit ꝓ distātia a ꝯtactu orizontis vsqꝫ ad solē ipso exn̄te in tropico estiuali in meridie. Et maxima solis declinatio dr̄ distantia a zenith capitis ad solē ipso exn̄te in tropico hyemali ⁊ in meridie.

*Dupliciter accipitur maxima solis decliatio*

¶ Scd̄o notandum est ꝙ ꝑ distantiā polorum zodiaci a polis mūdi debemꝰ intelligere duos arcus meridiani circuli q̄ sūt a polis mūdi ad polos zodiaci. ¶ Tertio notandū est ꝙ in ꝓposito intelligēdū est de zodiaco none sphere/ ⁊ nō octaue/ ꝓ quo aduertēdum est ꝙ duplex ymaginatur zodiacus videlicet vnꝰ in nona sphera ⁊ alter in octaua. Nam zodiacꝰ ymaginatꝰ in nona sphera solū mouet vno motu scꝫ diurno scd̄m ꝙ nona sphera mouet. Sꝫ zodiacꝰ in octaua sphera triplici motu mouet ꝭm astrologos. pri̊o em̄ motu none sphere motu diurno sicut alij ⁊ hoc suꝑ polos mundi. scd̄o modo mouetur suꝑ polos zodiaci motu ꝓprio illius octaue sphere in qua ymaginatur esse. tertio modo mouetur motu accessus et recessus quē ponit iste Thebit in vno tractatu quē cōposuit de motu octaue sphere. Et ymaginat sic fieri ꝙ aries zodiaci octaue sphere ymaginatur describere quēdam paruū circulum circa lineam eclypticam zodiaci none sphere quem circulum internsecat linea eclyptica in duobꝰ locis. etiam ex opposito libra zodiaci octaue sphere ymaginatur describere consimilem circulum circa lineam eclypticam none sphere. Ultra ponit Thebit ꝙ quādo aries zodiaci octaue est in superiori parte illius circuli libra est in parte inferiori sui circuli ⁊ econtra. Sꝫ de causa cogente ad ponendū huiusmodi motum accessus ⁊ recessus dicitur ꝙ ꝯsideratores ⁊ veritatū inquisitores reperierunt ꝙ stelle circa signum arietis qn̄qꝫ sunt ꝓpinquiores polis mundi: quandoqꝫ remotiores ⁊ ita etiā de stellis circa signum libre. sꝫ nō reperierūt talem drām ꝭm ꝓpinquitatem vel distantiam in stellis circa signum cācri ⁊ signum capricorni. ⁊ ideo cum angulis nō percipientes alium modum per quē possent ista saluare apposuerunt motū accessus ⁊ recessus quē vocauerunt motū circulationis scilicet in octaua sphera ⁊ hec de primo.

*Duplex est zodiacus*

*Thebit de motu octaue sphere*

*Secūdꝰ articulꝰ.*

¶ Quantum ad ꝭm ponuntur conclusiones. prima est ꝙ polꝰ zodiaci octaue sphere non in omnibus tꝑibus equaliter distat a polo mundi. pꝫ qꝛ cum octaua sphera moueatur motu accessus ⁊ recessus: vt dictū est in primo articulo tunc poli zodiaci eiusdem sphere quandoqꝫ plus accedunt ad polos mundi: et quandoqꝫ plus recedunt ab eisdē. Seqtur correlarie ꝙ intelligendo de polis zodiaci octaue sphere non oportet semper distātias polorū esse equales maximis solis declinationibꝰ

*Prīa cōclusio.*

*Correlarium.*

¶ Scd̄a ꝯclusio poli zodiaci none sphere semper equaliter distant a polis mūdi. patet conclusio quia poli zodiaci none sphere et poli mundi sunt in eodē orbe ergo cū talis orbis nō sit frāgibilis nec diuisibilis sequit ꝙ semꝑ equalit distant abinuicem.

*Secūda cōclusio.*

¶ Tertia ꝯclusio est ꝙ distantia poli zodaci a polo mundi arctico est equalis maxime solis declinationi septētrionali. hec cōclusio patet ⁊ capiantur duo arcus quoꝝ vnus est ab equinoctiali ad polū mundi ⁊ alter a tropico estiuali ad polum zodiaci. tunc isti duo arcus sunt adinuicē equales quia q̄libet est quarta pars circuli eiusdem. ⁊ illis ambobꝰ arcubus est idem arcus cōmunis: scilicet arcus qui est a polo mundi ad tropicum estiualē: dēpto ergo illo ꝯmuni sequit per animi ꝯceptionē ꝙ illa que remanebunt erunt equalia. modo remanebūt distantia a polis zodiaci ad polū mūdi ⁊ maxima solis declinatio septētrionalis.

*Tertia ꝯclusio.*

¶ Quarta conclusio est: ꝙ distantia poli zodiaci a polo antarctico est equalis maxime solis declinationi meridionalis. Ista cōclusio probatur sicut precēdens.

*Quarta cōclusio.*

¶ Sed aliquis contra istas duas ꝯclusiones obiceret quia in probationibꝰ istaꝝ ꝯclusionū supponebatur ꝙ distant zodiaci a polo zodiaci est quarta pars circuli modo hoc est falsū qꝛ cum zodiacꝰ habeat latitudinem. 12. graduū oportet subtrahere. vj. gradus ⁊ ideo non remanet quarta pars. Ad istam rationem respondet ꝙ bene verū est de distātia poli zodiaci a zodiaco exclusiue ꝙ nō est quarta pars circuli immo deficiunt sex gradꝰ vt arguit ratio nec illd̄ supponebatur in ꝓbationibus conclusionum sꝫ bn̄ supponebatur ad illam intelligentiam ꝙ distantia poli zodiaci a linea eclyptica q̄ imaginat indiuisibilis quantū ad hoc est quarta ꝑs circuli.

¶ Quinta ꝯclusio est ꝙ distantia circuli arctici a tropico est fere duplex ad maximā sol' declinationē. ⁊ etiam ex consequenti ad distantiā poli zodiaci a polo mūdi: pꝫ quia arcus qui est ab equinoctiali ad polum mūdi continet nonaginta gradus: modo maxima solis declinatio de illis continet vigintitres gradus et quinquaginta ⁊ vnum minuta. ⁊ tm̄ continet distātia circuli arctici a polo ꝑ tertiā conclusionem sequitur ꝙ ambe distantie continēt quadraginta septem gradus ⁊ quadraginta duo minuta. et per consequens distātia a circulo arctico ad tropicum cōtinet residuum scilicet quadraginta duos gradus ⁊ octodecim minuta: et per consequens est fere duplex ad maximam solis declinationem.

*Quinta cōclusio*

¶ Ad rationes ad primā dr̄ ꝙ illa ratio arguit ꝓ prima ꝯclusione cum suo correlario. Ad secūdam eodēmodo ⁊ per idem soluitur. Ad tertiam negatur antecedēs/ ad ꝓbationem dicitur ꝙ nō opꝫ sꝫ sufficit ꝙ sit terminꝰ axis circa quē fit motꝰ. Ad quartam dr̄ ꝙ polus mundi nō dr̄ ex eo immobilis ꝙ sit īmobilis simpliciter/ sed quia eius motus est imperceptibilis. Auctoritas post oppositum est pro dictis.

*Ad rōnes questionis.*

¶Capitulum tertium de ortu ⁊ occasu signorum. De diuersitate dierum et noctium de hijs que accidunt habitantib⁹ in diuersis regionib⁹. et de diuisione climatum. Habet quattuor partes Prima pars est de ortu et occasu signorum et primo secundum poetas.

POst considerationem motus celi et circulorum in eo ymaginabilium: pertractandum est de comparatione motus celi ad dictos circulos. Et primo de motu pmi mobilis in ordine ad orizontem vnde ortus et occasus signorum et stellarum contingunt.

istictõ
r⁹ ⁊ oc
sus.
ub di-
nctio
SIgnorũ igitur ortus et occasus dupliciter accipitur: quoniam q̃tum ad poetas/⁊ q̃tũ ad astronomos. Est autem or
osmi-
ortus
tus et occasus signorũ quo ad poetas triplex scilicet cosmicus/chronicus/et heliacus. Cosmicus enim ort⁹ siue mũdanus est quãdo signũ vel stella supra orizontẽ ex parte oriẽtis de die ascẽdit. Et licet in qualibet die artificiali sex signa sic oriãtur: tñ antonomasice signũ illud dicitur cosmice oriri cum quo et i quo sol mane oritur et hic ortus proprius et pricipalis et quotidian⁹ dicitur de hoc ortu exemplum in georgius habetur vbi docetur satio fabarũ et milij in
irgili⁹ vere sole existẽte in tauro sic. Candidus avratis aperit cũ cornibus ãnũ Taur⁹. et aduerso cedẽs canis occidit astro Oc
osmi-
occas⁹
casus vero cosmicus est respectu oppositiõis: sc3 qñ sol oritur cũ aliquo signo cuius signi oppositum occidit cosmice.
irgili⁹ De hoc occasu dicitur i georgicis: vbi docetur satio frumẽti i fine autũpni sole existente scorpione qui cũ oriatur cu3 sole. taurus signi eius oppositum (vbi suntpleiades) occidit sic. Ante tibi eoe athlantides abscõdantur. Debitaq3 sulcis cõmittas semina.
ronic⁹
us.
Chronicus ortus siue tẽporalis est quãdo signũ vel stella post solis occasum supra orizõtẽ ex pte orientis emergit chronice sc3 de nocte. Et dicitur tẽporalis q2 tẽpus matematicorũ nascitur cũ solis occasu De hoc ortu habemus in Ouidio de põthovbi
uidi⁹ cõqueritur moram exilij sui dicẽs Quatuor autũpnos pleias orta facit. significãs per quatuor autũpnos quattuor annos transisse postq̃ missus erat in exiliũ Dubitatio.
Sed Virgilius voluit in autũpno pleiades occidere ergo contrarij videntur
Ratio tamen huius est quia secundum Solutio
Virgilium occidunt cosmice. secundũ Ouidium aũt oriuntur chronice. quod bene potest ptingere eodem die differẽter tamen q2 cosmic⁹ occasus est tẽpore matutino. chronicus vero ortus tpe vespertino. Chronicus occasus ẽ respectu Chronic⁹ occas⁹
oppositiõis. Vñ Lucan⁹ sic iquit. Nox Lucan⁹.
cũ thesalicas vrgebat pua sagittas. heliacus ortus siue solaris est qñ signum Heliac⁹ ortus.
vel stella videri põt p elongationẽ solis ab illo q prius videri non poterat solis propinquitate. exẽplũ huius ponit Oui Ouidi⁹.
dius in libro de fastis. Iã leuis obliqua Virgili⁹
sub sedit aquari⁹ vrna. ⁊ Virgilius i georgicis Gnosiaq3 ardẽtis discedat stella corone. que iuxta scorpionẽ existens nõ videbatur dũ sol erat i scorpione. Occasus heliacus est qñ sol ad signum acce- Heliac⁹ occasus.
dit: et illud sua presentia ⁊ luminositate videri non permittit. huius exẽplũ est i versu Virgilij premisso scilicet Taurus Virgili⁹
et aduerso cedens canis occidit astro.

¶Istud est capitulum tertiũ in quo principaliter auctor agit de his q̃ acciduut ex cõparatiõe motus celi ad circulos in sphera descriptos. h3 quattuor partes. prima ẽ de ortu ⁊ occasu signorum q̃ accidunt ex habitudine motus primi mobilis ad zodiacum et ad orizontẽ. In scda q̃ incipit ibi ⁊ per hec. agitur de diuersitate dierũ et noctiũ penes cremẽtũ ⁊ decrementũ q̃ ex accessu et recessu solis i zodiaco/⁊ ex ãscẽsionibus signorum tõtingit. In tertia pte que incipit ibi. Notandũ q illis erit sermo de hijs q̃ accidũt habitantibus in diuersis locis et regionib⁹ q̃ etiã ex motu solis i zodiaco ⁊ ex ortu ⁊ occasu signorum pueniũt. In quarta ⁊ vltia ibi. ad maiorẽ autẽ determiabit de diuisiõe climatũ ⁊ regionũ terre hitabilis. prima pars h3 duas pticulas. prima ẽ de ortu ⁊ occasu signorum ⁊ stellarum secũdũ poetas secũda ibi. sequit de ortu. est de ortu ⁊ occasu signorum secũdum astronomos. Et hoc manifeste significat text⁹ in diuisione pmissa cũ ait signorum igit ortus. ¶Circa hoc aũt notãdũ ẽ q aliter q dfnter
poete aliterq3 astrologi de ortu ⁊ occasu signorum poete ⁊ a
intendũt. poete em̃ quibus mẽsib⁹ aut dieb⁹ ãni strologi
quibus etiã horis hec stella vel hoc signum aut de ortu ⁊
illud super orizontem nostrũ videri poterit tra occasu si
dunt. vnde certa tpa anni signare volentes ortu gnorum
et occasu signorum ⁊ stellarum vtuntur. Sed astrolo agunt.
gi equationes domorum celi ⁊ diuersitates tẽporum inuestigare volentes durationẽ ⁊ morã cuiusl3 signi aut partis zodiaci in oriendo et occidẽdo per orizontẽ suis tabulis ⁊ instrumẽtis inq̃rũt
¶Deinde subdiuisionẽ primi mẽbri autor ad

iungit ibi. Est autẽ ortus. que talis est ꝙ scd̃m poetas ortus et occasus signoꝝ est triplex: scꝫ cosmicus/chronicus/et eliacus. hĳs eñ tribus modis signa et stelle oriri ⁊ occidere id est apparere ⁊ occultari nobis dicunt̃ vt in sequentibus videbitur. ¶ Cõsequẽter membra diuisiõis ꝓsequitur primũ ibi. cosmicus eñ. scd̃m ibi. chronicus ortus. tertiũ ibi. eliacus ortus. Et in qualibet harũ partiũ sunt due particule. prima ẽ de illo ortu. secunda de occasu sibi opposito. Cosmicus igitur id est mũdanus ortus (cosmos eñ grece mundus est latine) scd̃m poetas est signũ vel stella ꝙ supra horizontẽ de die ascendit (diẽ hic dicimus apparitionẽ solis in nostro hemisperio) sic igitur oĩa signa ⁊ stelle que in toto die super horizontẽ nostrũ ex parte oriẽtis ascẽdũt dicũtur a poetis cosmice oriri. Est tñ cõsiderandũ ꝙ licet in qualibꝫ die sex signa zodiaci super nostrũ horizontem cosmice oriãtur: tñ inter oĩa illa signũ quod primũ oritur (illud scꝫ in quo est sol) dicitur cosmice oriri anthonomasice id est principaliter. et huius ratio est quia ortus solis ꝓprie ⁊ principaliter inter oẽs ortus dicit̃. ⁊ hic est nobis quotidianus: et maxime notabilis atqꝫ sensibilis. vnde et ꝓpter hoc ortus diurnus stellaꝝ ⁊ signoꝝ cosmicus id est mũdanus ẽ appellatus in die etiã cũ oẽs vigilemus et operemur tẽpus ⁊ mundũ sentimus: sed in nocte dormientes (velut hĳ qui ĩ sardo insula dormierũt vt dr̃ in quarto phisicoꝝ) tempus nõ sentimus. Et de hoc signo principalit̃ oriente intelligunt sepius poete cũ de ortu cosmico loquunt̃. vnde Uirgilius ĩ primo georgicoꝝ (vbi argriculturã et aruoꝝ cultus edocet) cũ tẽpus seminandi fabas et miliũ in ytalia vellet ostendere sic inquit Candidus auratis ⁊ cetera. cuius littere hec est ordinatio. cum id est qñ taurus candidus id est splendidus ꝓpter stellarũ suarũ fulgorẽ. cornibus suis auratis id est stellis ornatis aperit annũ id est incipit annũ vel diẽ supple tũc est tẽp⁹ predicta seminandi. vult ergo dicere Uirgilius ꝙ qñ primũ signũ de die oriẽs fuerit taur⁹ tũc est tẽpus seminandi fabas ⁊ miliũ. et hic est mẽsis aprilis cũ sol est in tauro. Dicitur autẽ taurus aperire annũ: qꝛ tempus illud quo sol est in signo tauri: et taurus est primũ signũ qđ de die oritur. incipiũt virescere oĩa terre nascẽtia ⁊ terra videtur aperiri ꝓpter qđ mẽsis ille dictus est aprilis ab aperiẽdo terrã vt etiã supra cũ rõem noĩs tauri redderemus tactũ est. ¶ Tex. Sed occasus. Dicit de occasu cosmico opposito. est eñ quodlꝫ signũ vel stella ꝙ sub horizõte de die mergitur et occidit ex parte occidentis: et hoc significat cum dicit respectu oppositionis id est partis opposite in celo que est occidens. et licet sex signa quotidie cosmice occidant: principaliter tamẽ illud quod de mane sole oriẽte occidit cosmice occidere dr̃. et hoc intelligit cum dicit scꝫ qñ sol ⁊c̃. et de hoc signo primo occidẽte cõiter poete faciũt mentionẽ. vñ Uirgilius in p̃mo georgicoꝝ demõstrans tẽpus seminãdi frumenta in mẽse scꝫ octobris cũ sol est in scorpione sic inquit. ante tibi abscõdãtur scꝫ cosmice in principio diei athlantides eoe id est orientales q̄ sũt septem stelle congregate in signo tauri. ⁊ secundũ fictionẽ poetarũ fuerũt septem sorores dicte athlantides a parte athlãte pleiades vero a matre. Dicũtur tñ eoe id est oriẽtales: vel quia ex partibus oriẽtis iste sorores oriũde fuerũt: vel vt Seruius exponit: quia in mẽse octobris de quo Uirgilius loquitur ꝓpter earũ remotionẽ a sole in ortu eliaco posite sũt de quo infra. hee inqꝫ athlantides abscondantur tibi occasu cosmico anteqꝫ comitas semina tua sulcis terre. Regula ergo Uirgilĳ in hoc loco est ꝙ non est tẽpus seminãdi frumẽta ãteqꝫ primũ signũ qđ de die occidat sit taurus et hoc nõ erit nisi sole existẽte in scorpione ĩ mẽse octobris vt dixim⁹

¶ Text⁹. Chronicus ortus. Determinat de secundo mẽbro p̄dicte subdiuisionis: et primo dicit quid est ortus chronicus. secundo remouet quandã apparẽtẽ cõtrouersiã inter Uirgiliũ et Ouidiũ ibi. sed Uirgilius. tertio dicit de occasu chronico ibi. chronicus occasus. Ort⁹ igitur chronicus id est tẽporalis est signũ vel stella q̄ supra horizontẽ ex parte orientis de nocte (que est totũ tẽpus quo sol est sub nostro horizõte ⁊ vmbra terre est in nostro hemisperio) ascendit. et principaliter illud signũ quod in principio noctis oritur. Et dicitur iste ortus nocturn⁹ temporalis: quia nox est tẽpus mathematicis operibus aptissimũ. ⁊ de hoc ortu loquitur Ouidi⁹ in libro de põtho vbi morã exilii sui sic coqueritur. quattuor autũpnos id est quattuor annos pleias cõstellatio illa septem stellarum que est in tauro de qua nuper diximus orta scꝫ chronice in principio noctis quod nõ fit nisi in autũpno sole existẽte in scorpione mẽse octobris. tũc enĩ sole occidẽte taurus vbi sũt pleiades oritur chronice ideo notãter dicit quattuor autũpnos vt simul morã exilĳ sui quattuor annos ⁊ tẽp⁹ quos pleiades oriũtur chronice scꝫ autũpnũ significaret. ¶ Notãdũ ꝙ dictio mathesis a qua mathematicus dicitur dupliciter potest ꝓferri ⁊ sic dupliciter iterpretatur scd̃m Isidoꝝ. p̃mo profertur media syllaba producta et sic idẽ est mathesis quod diuinatio ⁊ mathematicus hoc modo est diuinator: et sic sunt quedã artes mathematice prohibite ab ecclesia que sunt diuinatorie scꝫ geomãtia/ydromãtia/aerimantia/pyromantia/cyromãtia/spatulamantia/nigromãtia et auguriũ. et multe alie diuinatorie seu maleficeartes quas dyabolici homines frequẽti⁹ noctu operibus adaptant: ⁊ ideo nox dicitur eẽ tẽp⁹ mathematicoꝝ id est diuinatoꝝ. Aliomodo ꝓfertur mathesis penultima breui ⁊ sic idẽ est qđ abstractior mathematica est scientia abstractiua: doctrinalis: vel demõstratiua. et mathematicus est abstractor vel demonstratiu⁹ et sic sunt quinqꝫ sciẽtie mathematice: due principales pure mathematice et subalternantes: scꝫ arithmetica et geometria: et tres subalternate medie inter phisicã ⁊ mathematicã: scꝫ musica perspectiua: et astrologia. et quia astrologi ꝓpe sẽper stellas de nocte cõspiciũt: ideo tẽpus mathematicoꝝ id ẽ astrologoꝝ dr̃ esse nox. vñ vs⁹ Scire facit mathesis: dat diuinare mathesis.

¶ Textus. Sed Uirgilius. Mouet cõtrouersiam que apparet inter dicta Uirgilĳ ⁊ Ouidĳ circa ortum et occasum pleiadũ: ⁊ primo ponit illã cõtrouersiã. qꝛ cũ vterqꝫ eoꝝ de autũpno ⁊ de mense octobris loq̄retur. tñ Uirgilius dicit

Quare ort⁹ diurnus dicit̃ cosmic⁹

Q̄d [...] plices sunt [...] them[...] ci.

Sep[...] artes [...] uina[...] ces

Qui[...] math[...] mati[...]

athlantides abscōdant. Ouidius aūt dixit pleias orta. vñ eodem tpe easdē stellas vnus dixit oriri: alius occidere ⁊ sic ↄtrarij vident. ¶ Secūdo ibi. ratio tamē. tollit dictā ↄtrouersiā propter equocationē ⁊ diuersitatē ort⁹ et occasus de quo loq̄bant. Uirgilius enim intelligebat de occasu cosmico /sed Ouidius de ortu chronico vt visum est. ⁊ vtrūq; hoꝝ pōt ↄtingere eodem die in eisdē stellis scʒ cosmicus occasus de mane et chronicus ortus vesperi ⁊ in principio noctis. ⁊ sic nulla est inter dicta hoꝝ poetarū contrarietas. ¶ Textus. Chronicus occasus. Declarat chronicū occasum p oppositū ad suū ortū. ē ei signum vel stella q̄ de nocte sub orizonte mergitur ⁊ descendit ex pte occidēcis. ⁊ de hoc occasu intelligit Lucan⁹ libro quarto pharsalie cū ait. cū nox parua vigebat id est cogebat ire ad occasum sub orizonte thesalicas sagittas id est signū sagittarij qd̄ fingitur fuisse chiron thesalicus apprime in arte sagittādi eruditus. Et loquit Lucan⁹ de quodā bello nauali inter gentes cesaris ⁊ pōpei. ⁊ vult significare tēpus: q̄ scʒ ī mēse maij (qñ noctes sunt breuiores dieb⁹) quadā die āte diluculū cū signū sagittarij iā declinare ad occasum ppterea q̄ sol ī signo opposito existens scʒ in geminis pperabat ad ortuʒ ¶ Tex. Eliacus ort⁹ Prosequit tertiū mēbrū p̄dicte subdiuisionis ⁊ prīo de ortu eliaco. ē em̄ ortus eliacus id est solaris qñ signū vel stella recedit a sole: vel sol ab eo. ⁊ ppter talē elōgatione pōt videri cū prius nō videret solis ppīquitate sicut pʒ de luna qñ noua apparet q̄ tūc exit de sub radijs solis: ⁊ tunc īcipit videri cū prius nō videret. vñ hic ort⁹ nō dr̄ p respectū ad orizontē sed ad solē. dato em̄ q̄ aliq̄s planeta eēt supra nostrū orizotē ⁊ ppe solē nō diceret ort⁹ eo q̄ nō posset a nobis videri: sed tm̄ qñ a sole recederet vel sol ab eo. et si aliq̄s planeta esset sub nostro orizonte ⁊ recederet a sole diceret iā oriri eliace. Et de hoc ortu dat duo testimonia poetarū. p̄mū est Ouidij in libro de fastis iā leuis ⁊c̄. ⁊ vult dicere q̄ aquarius q̄ fuerat sub radijs solis in mēse ianuarij iā incipiebat apparere de mane ante solis ortū in mēse februarij per ortū eius eliacū: aquarius igit leuis q̄ breues habet ascēsiones iā subsedit id est iā stetit sub radijs solis ⁊ tñ nūc apparet obliqua vrna q̄ fingitur esse homo vrnā aque euertēs vt supra dictū est. Secūdū testimoniū est Uirgilij in p̄mo georgicoꝝ: vbi tp̄s sationis frumētoꝝ determinat: dixerat em̄ ante tibi eoe athlantides abscōdātur. deinde subiūgit Gnosiaq; ardentis discedat stella corone: debita quā sulcis comitas semina: ⁊ secundus versus sic ordinat. stella gnosia id est crethensis q̄ fingitur fuisse ariadne minoys regis crethēsis filia. stella inq̄ corone ardenʒis id est lucide ⁊ splendide est em̄ quidā circulus stellarū iuxta signū scorpionis q̄ dr̄ corona septētrionalis vna scʒ de. 48. ymaginib⁹ octaue sphere: ⁊ hac corona dicūt fuisse ornatā ariadnem in celo. decedat id ē recedat a radijs solis anteq̄ sulcis comitas semina debita dum em̄ sol est in scorpione corona ista nō pōt videri quia est ppe solē. vñ Uirgilius dicit q̄ oportet spectare tēpus qñ corona ista de mane possit videri ortu eliaco per elongationem solis ab illa priusq̄ frumēta seminent ⁊ hoc erit in mēse nouēbris. ¶ Tex. Occasus heliacus. dicit de occasu opposito. est em̄ signū vel stella qd̄ p̄us videbat sed post eas p accessum solis ad ip̄m videri nō pōt ⁊ nobis occultat: ⁊ hoc accidit lune in fine mensis cū pperat ad cōiūctionem solis prius em̄ p aliquot dies circa crepusculū matutinū videbat sed postea soli ↄiūcta nō videt. et de hoc occasu loq̄tur Uirgilius in p̄mo georgicoꝝ ī versu quodā superius iā adducto scʒ taurus ⁊ aduerso cedēs canis occidit astro. cuius versus p̄ma dictio ad aliā sententiā ptinet: sed residuū sic exponitur. canis q̄ est quedā stella ī tauro ⁊ dr̄ canis minor vel canicula. canis aūt maior est alia stella iuxta cancrū ⁊ leonē. canis inq̄ cedens id est dans locū aduerso astro id ē soli appropinquāti qui ppterea dr̄ ei aduersus q̄ ip̄m occultat ne videri possit dū sol est in tauro. ⁊ ideo occidit id est occultatur sub radijs solis ⁊ est in occasu heliaco. tota ergo sententia Uirgilij in illis duob⁹ versibus est q̄ qñ sol est in tauro in mēse aprilis vbi taurus est p̄mū signū q̄ oritur cosmice de die: ⁊ canis stella tauri est sub radijs solis in occasu heliaco tunc est tēpus seminādi fabas ⁊ miliū. ¶ Notādum q̄ ortus ⁊ occasus qui a poetis dr̄ heliacus id est solaris: ab astrologis ortus ⁊ occasus planetarū matutinus ⁊ vespertinus dr̄. quomō aūt hoc planetis ↄtingat ⁊ q̄bus ↄueniat ortus quibus ve occasus capitulo quarto habet latius videri ¶ Notādū etiā q̄ ortus ⁊ occasus signorū et stellarū s̄m poetas multū est in vsu apud vulgares qui fere in locis desertis stellis p horologijs vtūtur vidimus enim pastores ⁊ plerosq; agricolas quolibet mense anni per diuersas cōstellationes eis experientia cognitas et certis noībus ab ipsis nomīatas de horis nocturnis certissimi iudicātes. habent enim ipsi experientiam in autūpno q̄ pleyades quas ipsi capillas vocant in principio noctis oriunt: et in principio diei occidūt: ideo per totā noctē locum pleyadum incipientes sciūt dicere talis hora ē vel post tot horas erit dies: ⁊ ita in alijs mensibus habent alias cōstellationes sibi notas quibus eadem decernūt. Ut autem quolibet mense anni signa in principio diei et in principio noctis orientia ⁊ occidētia per orizontem facile cognoscamus presens subditur tabula.

Ad q̄d valēt oīa supradicta.

¶ Tabula ortus ⁊ occasus cosmici chronici duodecim signorum.

In principio diei ī his mensib⁹ hec signa oriunt ⁊ opposita occidūt.

| | | |
|---|---|---|
| Marcius | Aries | September |
| Aprilis | Taurus | October |
| Maius | Gemini | Nouember |
| Iunius | Cancer | December |
| Iulius | Leo | Ianuarius |
| Augustus | Uirgo | Februarius |
| Septembe | Libra | Marcius |
| October | Scorpius | Aprilis |
| Nouember | Sagittari⁹ | Maius |
| December | capricorn⁹ | Iunius |
| Ianuarius | Aquarius | Iul us |
| Februarius | Pisces | Augustus |

In p̄cipio noctis ī his mēsib⁹ hec signa oriūt ⁊ opposita occidūt

¶ Ortus vero ⁊ occasus heliacus signorū per introitum solis in. 12. signa sciri poterit.

## De ortu et occasu signorum secũ dum astronomos.

Sequitur de ortu et occasu signorũ put sumũt astronomi et prius in communi.

pria suppositio

Et ẽ sciendum quod tam in sphera recta quam in obliqua ascẽdit equinoctialis circulus semp uniformiter. quia scilicet in tẽporibus equalib⁹ equales eius arcus ascẽdunt. Motus enĩ celi primi uniformis est cuius ille est cingulus ut dictũ est. et angulus quẽ facit equinoctialis cũ orizonte aliquo non diuersificatur in aliquibus horis. Sed zodiacus nõ omniũ suarũ partium habet uniformes ascensiones in utraque sphera nec in tẽporib⁹ equalibus equales ei⁹ arcus ascendũt Et huius signũ est quod sex signa zodiaci oriuntur in lõga vel breuj die artificiali similiter et i nocte. anguli etiam quos facit zodiacus cũ orizonte in omnibus horis diuersificãtur. Uerum quãto aliqua zodiaci pars recti⁹ oritur tãto plus temporis ponitur i suo ortu.

Secũda suppõ

Notandũ etiã quod ortus vel occasus alicuius signi nihil aliud est quam illam partem equinoctialis oriri q̃ oritur cum illo signo oriẽte vel ascẽdẽte super orizontem. aut illam partẽ equinoctialis occidere q̃ occidit cũ illo signo occidẽte id est tendẽte ad occasum sub orizonte.

¶ Uel sic. ortus vel occasus alicuius signi est spacium temporis quod (dũ illud signum ascẽdit aut descendit in orizonte) pertransit. et hoc per gradus circuli equinoctialis qui cum illo signo ascendũt aut descendũt cognoscitur.

Tertia suppõ

Item sciendum quod triplex est ortus aut occasus signorum. s. rectus obliquus et medius seu equalis.

Signũ quidẽ recte oriri dicitur cũ quo maior ps equinoctialis oritur. oblique vero cũ quo minor. sz eq̃liter cũ quo equalis. similiter ẽt intelligẽdũ est de occasu Nũc aũt specialiter de ortu et occasu signorũ dicẽdũ ẽ. et prius in sphera recta de qua tres regule ponunt.

De sphera recta

Pria regula.

Pria regula ẽ quod i sphera recta quattuor quarte zodiaci inchoate a quatuor pũctis cardialib⁹: duobus. s. solsticialibus et duobus equinoctialib⁹ adequantur inuicem et cum quartis equinoctialis sibi cõterminatis in suis ascentionibus: qz quantũ tẽporis cõ sumit una quarta zodiaci in suo ortu: i tãto tẽpore alia quarta zodiaci et similiter q̃rta equinoctialis illi cõterminalis perorit. Sz tñ partes illarum quartarũ variatur: qz nec inuicẽ nec cũ ptibus equinoctialis sibi correspõdẽtib⁹ hñt eq̃les ascẽsiones ut posteat patebit

Secũda regula

Secũda regula quod q̃lz duo arc⁹ zodiaci eq̃les et equalit distantes ab aliquo q̃tuor pũctorũ iã dictorũ eq̃les hñt ascẽsiões. Et ex hoc seq̃tur quod signa opposita equales hñt ascẽsiões i sphera recta.

Corollarium Lucani

Et hoc ẽ qđ dicit Lucan⁹ loquẽs de pcessu Catonis i libiã versus eq̃noctialẽ · Nõ obliqua meãt. nec tauro rectior exit Scorpius aut aries donat sua tẽpora libre Aut astrea iubet lẽtos descẽdere pisces. Par geminis chiron. et idẽ quod charcinus ardens Humidus egloceros. nec plus leo tollit urna. Hic dicit Lucanus quod existentib⁹ eq̃noctiali signa opposita eq̃les hñt ascẽsiones et occasus.

Oppositio signorum

Oppositio autem signorum habetur per hũc versum. Est u. ari. scor. tau. sa. gemi. capri. can. a. le. pis. vir.

Tertia regula

Tertia regula ẽ quod signa cõtinuata et equidistantia duobus equinoctiis oriuntur oblique. signa vero continuata et equidistantia duobus solsticiis oriuntur recte. signa autem inter media oriuntur equaliter in sphera recta.

Notandum

Et notandum quod in spera recta unum quodque signum quantã hz ascẽsionẽ tantã pcise hz descẽsionẽ vel occasũ ¶ Hec est secunda particula pme partis de ortu et occasu signorum 2m astrologos. et primo i generali quasdam suppositiones premittendo. secundo in speciali ad singulas habitatiões applicando ibi. Nunc autem. Q̃tum ad primum ponuntur tres suppositiones. secunda ibi. Notandum etiam. tertia ibi. Item sciendum. Prima: ergo suppositio est de cõparatione ortus et occasus partiuz zodiaci. et est differentiã: qz omnes partes circuli equinoctialis semp oriuntur et occidunt uniformiter in quocũque mundi horizonte aut hominũ habitatione. quia in tempo ribus equalibus partes eius equales oriuntur et occidunt. sed partes zodiaci non omnes uniformiter oriuntur etiam in eodem horizonte: qz in temporibus equalibus inequales zodiaci partes oriuntur et occiduut et econuerso. Prima pars probatur duabus rationibus. una est physica talis quia equinoctialis circulus ut supra dictum est in capitulo secundo est cingulus

primi mobilis ⁊ mensura mot⁹ eius: sed motus primi mobilis est semꝑ vniformis et regularis vt ꝓbatur in octauo phisicoꝝ: ꝙ motus circuli eq̃noctialis ⁊ ortus et occasus eius est vniformis in quocūq₃ orizonte. oēs eñ orizontes ī eodem puncto intersecant circulū equinoctialem. Secūda ratio est geometrica. q₂ signato aliquo orizonte siue recto siue obliquo oēs partes circuli eq̃noctialis cū eodem circulo precise equales angulos faciūt: ꝙ omnes similiter ascēdūt añs supponitur. ꝯña probaꝶ: quia nō potest aliqua pars eq̃noctialis ascendere aut descendere qui orizontē intersecet/ et cū eo angulos faciat ergo vbi similes sunt anguli partiū: similiter et eodē modo partes ille ascendūt. Secūda pars etiā duabus rationibus probaꝶ. prima sumitur a quodā signo. quia in qualibet die artificiali similiter ⁊ in nocte siue longa siue breuis sit oriūtur ⁊ occidunt precise sex signa zodiaci. Sed dies longa est inequale tempus diei vel nocti breui. ergo in temporibus inequalibus partes eq̃les zodiaci oriuntur ⁊ occidunt. Et econuerso ī temporibus equalibus partes inequales vt patet si de die vel nocte prolixiore capiatur pars ad equalitatē diei vel noctis breuioris sed de ꝑtibus eq̃noctialis in tēpore maiori plures oriūtur ꝙ̃ in tēpore minori q₂ eq̃noctialis circulus tempori semꝑ ꝓportionatur: nō autē zodiacus Secūda ꝓbatio est geometrica q₂ anguli diuersarū partiū zodiaci cū eodē orizonte cōtinue diuersificantur ⁊ aliq̄ maiores aliq̄ vero minores fiunt: ergo partes zodiaci īequaliter oriunꝶ ⁊ occidunt. tenet consequētia vt prius a cōtrario sensu. Sed sciendum circa hoc ꝙ illa pars zodiaci in maiori tpe oritur que cum orizonte rectiores angulos fecerit illa vero in minori que obliquiores. Sic igitur patet ex hac suppositione ꝙ materia de ortu ⁊ occasu signoꝝ q̃tū ad signa equinoctialis circuli aut alterius sibi paralelli non habet difficultatē quoniā scita ascensione vni⁹ partis eius sciuntur ascensiones omniū aliaruꝫ partium equalium in qualibet enim hora i5. gradus eq̃noctialis et in quolibet minuto hore. i5. minuta eiusdem fere oriuntur: sed tota difficultas huius materie est circa signa et partes zodiaci que vt diximus inequales habent ascensiones et occasus. ¶ Notandum ꝙ licet zodiacus moueatur etiam ad motum primi mobilis sicut eq̃noctialis: non tamen ꝓpter hoc partes eius vniformiter oriūtur aut occidunt sicut partes equinoctialis. quia iste circulus obliquus est. ⁊ propter suam obliquitatē contingit ꝙ non omnes eius partes similiter se habent ad orizōtem. vnde notanter dicitur in textu cuius ille ē cingulus quod non conuenit zodiaco. sed vna eius pars recta oritur. alia vero obliqua/ ⁊ vna magis recta vel obliqua ꝙ̃ alia. Et item non omnes partes zodiaci per eandem partem orizontis ascendunt aut descendunt. sed quedam propinquius polo arctico. Alie vero propinquius antarctico: ⁊ item alie mediocriter distantes ab vtroq₃ polo sed partes equinoctialis omnes eque directe vel oblique oriuntur in eodem orizonte ⁊ omnes in eodem puncto tangunt orizōtem. ¶ Notandum ꝙ equalitas vel inequalitas angulorum partium circuli orientis cū ori-

...d ex
...gulis
...cludūꝶ
...censio
...es.

zonte: vel etiam equalis aut inequalis directio vel obliquitas earundem in ascendendo aut descendendo necessario concludit diuersitatem tēporum quibus tales partes oriuntur aut occidunt. quia cum pars aliqua circuli recta oritur: nunq₃ duo gradus aut minuta eius simul possunt ascendere. cum vero aliqua pars obliqua ascendit hoc bene contingit ideo citius perorītur arcus ille ꝙ̃ si recte ascenderet. et hoc patere potest experientia si quis duos circulos sibi inuicem modo ad āgulos rectos modo ad obliquos applicuerit. ¶ Notandum ꝙ sicut iam diximus supra capitulo primo vbicūq₃ existat homo medietatem celi videt ⁊ medietas ei occultatur ⁊ sex signa oriuntur ei/ alia vero sex occidunt. eo ꝙ orizon noster est circul⁹ maior ī sphera transiens per centrum ⁊ diuidens eam ī duo equalia. omnis aūt circulus maior secat alium maiorem in eadem sphera per equalia vt dicūt geometrie ⁊ sic cum zodiacus sit circulus maior in sphera vt supra dictum est seq̃tur ꝙ semꝑ ab orizonte nostro ꝑ equalia seceꝶ/ et medietas eius que sunt sex signa semꝑ sit supra orizōtem alia vero medietas semper sub orizonte. vnde cum sol transit ab oriente ꝑ meridiē in occidentem vel ab occidente ꝑ angulū noctis in orientē oportet ꝙ sex signa zodiaci post solē tangāt orizontem et alia sex ante solem. regula igitur q̄ in textu ponitur verissima est: sc₃ ꝙ in qualibet die artificiali similiter ⁊ in nocte siue magna siue parua si sex signa zodiaci oriuntur ⁊ alia sex occidunt ꝑ orizōtem. ⁊ lic₃ equinoctialis sit circulus maior sphere ⁊ diuidatur ab orizonte per equalia: non tñ sequitur ꝙ qualibet die vel nocte magna aut ꝑua medietas eius oriaꝶ et alia medietas occidat sicut seq̃tur de zodiaco: quia sol mouetur per eq̃noctialem sicut ꝑ zodiacum vñ nō potest sol ꝓus attigere occidētē q̄n post ortū eius medietas zodiaci q̄ est supra orizontem occiderit ⁊ alia medietas orta fuerit qđ nō oportet de eq̃noctiali. Sūt etiā alie due dissimilitudines paulo ante dicte. ¶ Tex. Notādū ēt Secūda suppositio est terminoꝝ ortus ⁊ occasus expositiua. talis ꝙ per ortū vel occasum alicuius signi dꝫ intelligi pars circuli eq̃noctialis que cū tali signo oritur aut occidit: id est q̄ oriꝶ aut occidit dū tale signū zodiaci oritur aut occidit. nō aūt debet itelligi ip₃ signum oriens aut occidens. sed q₂ ꝑtes circuli eq̃noctialis vt supra diximus tempori ꝓportionantur ⁊ econtra ideo statim dicta suppositio ꝑ tēpus declaraꝶ ⁊ planius sic. ortus vel occasus alicuius signi est spacium temporis ī quo tale signū oriꝶ aut occidit in orizonte. ¶ Notandū ꝙ cū omnia signa zodiaci sint equalia: ascensiones aūt ⁊ descensiones eoꝝ sint īequales: oportuit ꝑ aliq̄d aliđ a zodiaco ortū ⁊ occasum signorū declarari: q₂ oīs inequalitas et diuersitas per equalitatem ⁊ vniformitatē cognosci debet: ideo per circulum equinoctialē vel per tempus sibi correspondens que in suis partib⁹ vniformiter ⁊ equaliter ꝓcedūt: optime declaranꝶ. vnde in tabulis de ascēsionibus signorū gradus ꝑme linee qui semper sūt triginta significant gradus zodiaci sed gradus aliarū linearū sequentium sunt gradus circuli eq̃noctialis qui in vna linea plures

Quare quolz die et qualz nocte oriunꝶ ⁊ occidūt sex signa zodiaci

probacio

Quare ortus zodiaci diffiniꝶ ꝑ eq̃noctialē

q̃ in alia reperiũtur: sc̄ꝫ ꝙ maior vel minor ꝑs equinoctialis cũ vno signo vel cum alio ascendit. ¶ Tex. Item sciendũ Tertia suppositio ē queda distinctio scꝫ ꝙ triplex est ortus vel occasus signorũ scꝫ ortus vel occasus rectus/obliquus: et medius. Ortus vel occasus rectus est quando cũ aliquo signo zodiaci oritur aut occidit maior pars circuli eq̄noctialis q̃ sit ip̄m signum. hoc ē quãdo dum illud signum orit͛ aut occidit plures q̃ triginta gradus equinoctialis oriunt͛ aut occidũt. Ortꝰ vel occasus obliquus est signũ cũ q̄d minor ꝑs equinoctialis id ē pauciores q̃.30.gradus equinoctialis oriuntur aut occidunt. Ortus vel occasus medius aut equalis est signũ cum quo equalis sibi pars equinoctialis oritur aut occidit scꝫ.30. gradus fere.

¶ Notandum ꝙ sicut supradictum est quindecim gradus equinoctialis valēt vnam horam ⁊ quilibet gradus quatuor minuta hore ideo iste triplex ortus vel occasus signoꝝ per tempꝰ sic potest diffiniri. Ortus vel occasus rectus ē signum q̄d vltra duas horas exponit in ascendēdo ⁊ descendendo. Obliquus vero citra duas horas. Equalis aũt ꝙ in duabus horis ascendit aut descendit. ¶ Tex. Nũc aũt determinat de ortu ⁊ occasu signorum in speciali ad singulas habitatiões applicando et primo q̃tum ad orizontem rectum. secundo q̃tum ad obliquũ ibi in sphera aũt obliqua. ꝑma pars diuiditur ĩ duas: q꞉ ꝑmo ponit regulas de ortu signorum in sphera recta. secũdo ponit vnicã regulã de occasu ibi. ⁊ notandũ circa spheram vel orizontē rectum ponũtur tres regule faciles. pr̄ia est de ortu ⁊ accasu quartaꝝ zodiaci ⁊ habet hec regula duas partes. prima est ꝙ in orizonte recto q̄tuor quarte zodiaci que diuiduntur per duos coluros in quattuor pũctis cardinalibꝰ zodiaci q̄ sunt duo eq̄noctia et duo solstitia. hñt adinuicē equales ascensiões: q꞉ tm̄ orit͛ de eq̄noctiali cũ vna illarũ quartarũ sicut cũ alia. s. 90. gradꝰ ꝑcise q̄ correspõdēt sex horis. Et nõ solũ ꝑdicte quarte zodiaci equãtur adinuicē in suis ascēsionibꝰ sꝫ etiã quarte zodiaci cũ quartis eq̄noctialis ab eisdē coluris interceptis habent equales ascēsiones. q꞉ qñ quarta zodiaci incipit oriri ēt quarta equinoctialis incipit. ⁊ quando illa per orta est ⁊ hec similiter. Secũda pars huius regule est ꝙ licet ꝑdicte quarte zodiaci quo ad se totas sibi inuicem ⁊ quartis equinoctialis adequantur in suis ascensionibus: tamē partes earum variant͛ id est nõ quelꝫ pars vnius quarte zodiaci siue magna siue parua fuerit adequat͛ in sua ascensione cũ qualibet alia parte eiusdeꝫ vel alterius quarte zodiaci vel equinoctialis sibi equali. verbigratia ꝑmũ signũ prime quarte zodiaci scꝫ aries nõ habet equales ascēsiões cũ secundo signo vel tertio eiusdem quarte sibi eq̄libus: neqꝫ cũ primo aut secundo signo secũde quarte zodiaci. Itē quãdo ꝑ ortũ est vnũ signũ de prima quarta zodiaci non est adhuc ortũ vnũ de quarta equinoctialis sibi cõterminali sed minus. ⁊ quando duo signa zodiaci nõ sunt adhuc duo de eq̄noctiali. ⁊ tamē quarta zodiaci ⁊ quarta eq̄noctialis simul incipiunt oriri ⁊ simul per oriunt͛. ideo ꝺm se totas adequant͛: q꞉ ꝓper diuersitatem anguloꝝ partiũ zodiaci cũ orizõte vt diximus aliquãdo ascensiones earũ sunt recte/aliquãdo obliq̃/⁊ aliqñ equales. ⁊ sic ꝑtes quarte zodiaci aliquãdo excedũt partes quarte eq̄noctialis in suo ortu aliquãdo excedũtur ab illis. ⁊ ideo pꝫ ꝙ possibilis est adequatio totiꝰ quarte ad totam quartã. ¶ Textus. Secunda regula. ponit͛ secũda regula ex qua infertur vnũ correlariũ ibi ex quo seq̄tur. Quia nulla iequalitas vt dictũ est potest cognosci nisi per equalitatem: ideo auctor q̃tum potest reducit ascensiones partiũ zodiaci ad equalitatē. Sc̄da igit͛ regula talis ē ꝙ quelibet due partes zodiaci eq̄les ⁊ equaliter distantes ab alterutro dictorum quattuor punctorum zodiaci equales habēt ascensiones. verbigratia pisces et aries sunt partes equales zodiaci ⁊ equaliter distantes ab eq̄noctio: ideo quanta est ascensio arietis tanta est ⁊ piscium. Similiter est intelligendum de geminis ⁊ cancro de virgine ⁊ libra ⁊ de sagittario ⁊ capricorno. ¶ Notandum ꝙ hec secunda regula sic est intelligenda ꝙ quelibet due partes eq̄les zodiaci ⁊ eq̄liter distantes ab vno eodē istorum quattuor punctorum vel taliter se habentes ꝙ q̃tum vna illarum distat ab vno istorum quattuor punctorum tantum etiam distat alia a puncto opposito ille inq̃ tales partes habent equales ascensiones: et hoc modo se habent pisces ⁊ aries ad equinoctium vernale. ⁊ aries ⁊ libra ad diuersa eq̄noctia: q꞉ q̃tũ distat aries ab vno eq̄noctio: tantum distat libra ab alio. Similiter se habent alia signa respectu aliorũ pũctorum. nõ aũt sic intelligenda est regula ꝙ quelibet due ꝑtes zodiaci equales ⁊ equaliter distãtes a quibuscũqꝫ istoꝝ quattuor punctoꝝ equales habeant ascēsiones: quia hoc falsum est vt apparebit ex tertia regula. Quod autem dr̄ in hac regula equales habent ascensiones. intelligendũ est fere nõ ꝑcise. est eni aliquantula differentia sꝫ non sensibilis. ¶ Textꝰ. Et ex hoc ponitur correlariũ. deinde ad eius declarationē subiũgitur quoddã notabile ibi. opposito autē correlarium. ergo est ꝙ in orizonte recto quelibet duo signa opposita zodiaci equales habēt ascensiones. ⁊ huius ratio est: quia talia omnia sunt equaliter distantia a duobus punctis cardinalibus oppositis. Hoc etiam confirmatur auctoritate Lucani: dicētis. Nõ obliqua meãt ⁊c. quorum versũũ talis est ordinatio: nõ obliqua id est non disparia meant id est oriũtur aut occidunt signa opposita nec tauro rectior exit id est oritur scorpius quod est signum ei oppositum aut aries id est nec aries donat sua tempora libre. ita ꝙ diminuatur aliquid de ascēsionibus arietis ⁊ apponatur ascensionibus libre sicut fit in orizonte obliquo: sed oĩno habent eq̄les ascensiones aut astrea id est nec virgo que fingitur fuisse filia regis astrei iubet pisces signum oppositum descendere lentos id est tardos ita ꝙ habeant ꝓlixum occcasum sꝫ habēt ipsum breuem sicut ⁊ virgo ortum chiron id est sagittarius est par id est equalis in ortu geminis signo opposito et charcinus ardens id est cancer ardens (quia quando sol est in eo est principium estatis non ꝙ signum ipsum sit calidum aut siccum) est idem in ortu et occasu ꝙ egloceros id est capricornus humidus: quia

in eo est principium hyemis non ꝙ ipsum signũ aqueũ sit. nec leo tollitur id est eleuatur ⁊ dirigitur in suo ortu plus vrna id ẽ aquario sed eque directe ascendunt. ¶ Textus. Opposito autẽ Ponitur notabile declarans que signa sũt opposita ⁊ dat vnum versum cõstantem ex p̃mis sillabis nominum signorum. vt per li. itelligaẗ libra per ari. intelligatur aries. ⁊ per a. intelligatur aquarius. per le. intelligatur leo. ⁊c̃. quelibꝫ enim due sillabe proxima significant duo signa opposita. Posset aliter dici ⁊ breuius quodlibꝫ signum septimum ab alio inclusiue est ei oppositũ. vt libra arieti: ⁊ scorpiꝰ tauro/ ⁊c̃. ¶ Textus. Tertia regula. Ponitur tertia regula que est specificatiua secunde talis. ꝙ licet partes zodiaci predicte equales habeant ascensiones: tamen signa equidistantia duobus equinoctijs ⁊ in eis continuata oriuntur oblique in sphera recta quia quia cum quolibet eorum ascẽdũt pauciores q̃ triginta gradus equinoctialis. eiusmodi sunt hec quattuor pisces ⁊ aries/ virgo et libra. sed signa equidistantia duobus solstitijs atq̈ in eis continuata vt sunt gemini ⁊ cancer/ sagittarius ⁊ capricornus: oriuntur recte in sphera recta et cum quolibet eorũ plures q̃. 30. gradus equinoctialis oriuntur. alia vero quattuor signa inter media scꝫ taurus/ leo/ scorpius/ ⁊ aq̃rius oriuntur equaliter in sphera recta ⁊ cũ quolibet eorum fere. 30. gradus equinoctialis ascẽdũt. ¶ Notandũ ꝙ circa istã tertiam regulam que diffinit que signa orianẗ recte ⁊ que oblique in sphera recta auctor iste aliter sensit ⁊ a veritate astrologica deuiauit. dixit eñi ꝙ oĩa signa prime ⁊ tertie quartarum zodiaci scilicet aries taurus gemini libra scorpius ⁊ sagittariꝰ oriũtur oblique in sphera recta: q̃ꝛ cũ quolibet eorũ semper minor pars equinoctialis oriẗ. oĩa vero signa scd̃e ⁊ quarte quartaꝝ scꝫ cancer/ leo/ virgo/ capricornus/ aquarius/ pisces oriuntur recte in sphera recta: q̃ꝛ in eis semper maior pars eq̃noctialis oritur. Nec argumentationem quam in contrarium format: soluit. illa eñ (supposito dicto auctoris) demonstratiue cõcludit per illã cõem animi conceptionem si ab equalibꝰ i equalia demas vel idem cõe remanent inequalia. Et item auctor contradicit sibijpsi in secunda ⁊ tertia regulis. nam ex secũda regula pisces ⁊ aries habent equales ascensiones. sed ex tertia regula pisces oriũtur recti aries vero obliquus/ ⁊ ꝑ consequẽs non habent equales ascensiones vt patet ꝑ diffinitiones ortus recti ⁊ obliqui. ideo oportuit textũ auctoris mutari ⁊ conformiter loqui ad oẽs tabulas ascensionũ ⁊ ad oĩa instrumenta astrologica i quibus omnibꝰ eo mõ quo tradidimꝰ ortus ⁊ occasus signoꝝ demõstranẗ ¶ Sunt tamẽ nõnulli qui auctorẽ in hoc loco volunt a falsitate excusare. dicentes ꝙ illud verbum eius semꝑ maior pars oritur debꝫ intelligi id est orta ẽ. quoꝝ expositio lꝫ paucis ⁊ obscuris verbis perstricta sit: põt tamen sic declarari q̃ꝛ illa locutio vt dicũt ꝑ verbũ p̃ñtis tp̃is ⁊ i rigore logice ⁊ ẜm astrologiam falsa est. Primũ patet: quia nulla ꝑs zodiaci aut equinoctialis primo oritur. Secũdũ etiã ꝓbaẗ quia nõ in quali bet ꝑte illius tẽporis veꝝ est dicere ꝙ cũ quacũq̈ ꝑte determinata prime quarte zodiaci minor ꝑs quarte eq̃noctialis oriẗ. similiter nec cũ qualibet ꝑte determinata scd̃e quarte zodiaci maior pars eq̃noctialis oriẗ vt pꝫ ex tabulis ascẽsionũ signoꝝ idẽ intelligẽdũ est de oppositis quartis. Sꝫ p̃dicta locutio ꝑ verbũ p̃teriti tp̃is vt aiũt vera est vtroq̈ mõ. quãtacũq̈ eñi pars prime quarte zodiaci orta signeẗ: minorẽ ꝑtem quarte eq̃noctialis ortã videbimꝰ vsq̈ ad finẽ eiusdẽ quarte. siꝉr dicẽdũ est de tertia quarta. sꝫ in alijs duabꝰ quartꝭ semꝑ maior ꝑs quarte eq̃noctialis orta est quã quarte zodiaci quia cum iste due quarte scꝫ zodiaci ⁊ eq̃noctialis simul icipiãt oriri: semꝑ vna earũ excedit aliam i ortu suo/ sꝫ i p̃ria medietate quarte ꝯtinue excessus fit maior vsq̈ quo p̃ria medietas quarte zodiaci orta sit. dehinc vero in alia medietate eiusdẽ quarte excessus ille ꝯtinue minoraẗ vsq̈ ad finẽ totiꝰ quarte vbi iã nullꝰ excessus erit/ ⁊ quarte ille scꝫ zodiaci ⁊ eq̃noctialis simul ꝑ oriẽẗ sicut etiã cotingit in equationibus planetarum in tabulis celestium motuũ que crescũt ⁊ decrescũt semꝑ vero motu planete medium motum superante aut econuerso. Et est simile sicut si ego ⁊ tu luderemus per horam. ⁊ in prima medietate hore faceremꝰ tres ludos in quoꝝ quolibꝫ ego lucratus eẽm duos denarios pꝫ ꝙ lucrum meũ in prima medietate hore semꝑ fieret maius: ⁊ tãdem in fine illius medietatis lucratus essẽ sex denarios. In alia etiã medietate hore faceremus alios tres ludos in quoꝝ quolibet ego perderẽ duos denarios de lucro priori. pꝫ ꝙ in tota illa scd̃a medietate lucruꝫ meũ ꝯtinue fieret minus quousq̈ finireẗ hora vbi iã nichil lucrarer sed essemꝰ equales sicut ãte horã. In hoc ergo casu hec de p̃senti esset falsa ẜm istos ego semꝑ lucror i hac hora/ q̃ꝛ nõ lucror de scd̃a medietate sed perdo de lucro. hec tamẽ de p̃terito esset vera ego semꝑ lucratus sum in hoc hora. q̃ꝛ in qualibet ꝑte hore veꝝ est dicere ꝙ ego lucratus sum. licet enim perdã in secũda medietate hore non tñ perdo de meo sed de eo ꝙ lucratus sum tibi. vnde quantũcũq̈ ꝑdã in hoc casu semper tamen ante finem hore habeo aliquid de tuo et ita lucratus sum. Sic ergo isti glosatores ꝑ verba de preterito exponẽtes dicta auctoris nitũẗ ipsum saluare hic ⁊ infra circa tertiã rꝉaꝫ sphere obliq̃. Sed p̃ma facie glosa ista valde extorta ⁊ aliena videẗ a textu ⁊ ab intentione autorꝭ cũ ei auctor circa materiã ⁊ difficultatẽ ortꝰ et occasus signoꝝ aperiẽdã laboraret: vt scꝫ q̃ signa recte q̃ ve obliq̃ orianẗ/ aut occidãt/ ⁊ quãta est cuiuslꝫ signi ascensio/ similiter ⁊ descẽsio declaret: premiseritq̈ ꝓpterea quid sit recte q̃d q̈ obliq̃ oriri aut occidere: et q̃ partes zodiaci in suis ascẽsionibꝰ adequanẗ ⁊ que nõ: hec eius verba (que quasi concludens dixit) ad hoc referenda sunt vt ꝑ ea significetur nobis que signa oriuntur recte: ⁊ que oblique in sphera recta: et sic cũ dicit semꝑ maior ꝑs oriẗ de quarta zodiaci ⁊c̃. intendit dicere ꝙ oĩa tria signa p̃me quarte scꝫ aries/ taurus/ gemini ⁊ sua opposita i tertia quarta q̃ sunt libra scorpiꝰ ⁊ sagitariꝰ oriũẗ obliq̃ qd̃ tñ falsum est ẜm oẽs tabulas. ꝯña tꝫ per diffinitionem ortus obliqui. similiter cum dicit ꝙ semꝑ maior ꝑs oriẗ de quarta parte eq̃noctialis itendit dicere ꝙ oĩa tria signa secũde

Q̃ ꝺ auctor sphere defecit i hoc

ecusaẗ ꝗbusdã

Bonũ simile

reprobatio istoꝝ

quarte scꝫ cãcer leo virgo ⁊ sua opposita in vltima quarta que sunt capricornus aquarius et pisces oriũtur recte in sphera recta quod etiam falsum est. tenet ꝯña per diffinitionẽ ortus recti esset eñ bene fatu⁹ qui aliquid se ꝓmitteret facturũ: ⁊ postea nichil facere velletc/ũ bene posset credimus aũt hũc autorẽ promissum illud .s. sequitur de ortu ⁊ occasu signoꝝ prout sumunt astronomi/implere voluisse que scꝫ signa recte ⁊

Scđa rō que oblique oriũtur declarãdo. Et item qꝛ modus loquẽdi illius glose eundũ defectũ videtur habere quẽ ⁊ modus loquẽdi textus si glosa illa est ad ꝓpositũ: sicut ei in ꝓposito ꝑ hoc ꝙ dr̃ semper maior pars quarte zodiaci oritur intelligim⁹ ꝙ tota illa quarta oblique oriturvt ostensum est ita per hoc qđ dicitur semꝑ maior pars quarte zodiaci orta est: intelligimus ꝙ tota illa quarta oblique orta ẽ qđ tñ falsuꝫ est. similiter dr̃ de alia quarta sequẽte ꝗtũ ad ortuꝫ rectum

tertia rō Insuper si textus sic ĩtelligitur vt glosa illa declarat sequit̃ ꝙ tã autor ꝗ glosatores ꝑdicti ex electione ⁊ certo ꝓposito veritatẽ occultare voluerũt (ꝙ in omni docente turpissimũ viciũ ⁊ ingraditudo est cõtra deũ scientiaꝝ largitorẽ) nõ eñ oportet ꝯmẽtationes a deo esse auctoribus obsequiosas vt potius velimus veritatẽ occultare ꝗ auctoribus contradicere. ⁊ vt ꝓpõnem vnius doctoris non irrefragabilis saluemus: a veritate declinemus ꝗ aperire pulchrũ esse. vñ ⁊ prestãtissimus ille humanaꝝ sciẽtiarũ monarcha Aristoteles viciũ hoc in lumine naturali detestandũ censuit: cũ in primo ethicorum potius charissimo ꝑceptori ꝗ veritati contra veniẽdũ dictauit. sꝫ ꝯña ꝓbatur: quia ꝓpterea dicũt isti loquendũ esse per verbũ ꝑteriti temporis: ꝙ in qualibet parte illius tẽporis intermedij ⁊ illius quarte verũ est dicere ꝙ maior pars zodiaci orta est cõputatione a principio quarte facta. hoc autẽ est palam veritatẽ occultare. nã cũ doceri deberet ortus seu ascẽsio cuiuslibet partis illi⁹ quarte seorsum diuisim ⁊ determinate isti ortũ vnius partis cũ ortu alterius implicant semꝑ a principio quarte computationẽ faciẽdo. ⁊ sic non poterit determinate videri ascẽsio huius signi vel illius quod tamẽ maxime debet ĩquiri in hac materia quã auctor aperiendã policitus est. ⁊ hoc semper omnes astrologi scire conati sunt. vnde ⁊ nos hoc viciũ fugere curantes: in hoc nostro cõmentario potius aliqualẽ prolixitatem ꝗ breuitatẽ obscurã acceptare voluim⁹ quatinus textũ autoris pro intelligentie nostre modulo in omnibus partibus enuclearemus: nihilq̧ pertinẽs si nobis tamẽ occurrerit dimitterem⁹. Idem etiã dicere oportebit circa tertiã regulam ortus ⁊ occasus signoꝝ in sphera obliqua vbi idem modus erroris planius reperitur vt ibi apparebit. ¶ Textus. Et notandũ. dicit de occasu signoꝝ in sphera recta: ⁊ est vnica regula facilis ꝙ vnũ quodq̧ signorum zodiaci ĩ sphera recta quõ oritur eo modo occidit. ⁊ ꝗtã habet ascensionem tantam habet precise descẽsionem vel occasum. Quot aũt gradus in sphera recta cũ quolibet signo oriantur aut occidãt ex sequenti tabula deprehenditur.

¶ Tabula ortus ⁊ occasus signoruꝫ in sphera recta per gradus ⁊ minuta equinoctialis.

| Nomina | gra. | mi. | Nomina |
|---|---|---|---|
| Aries | 27. | 54 | Pisces |
| Taurus | 29 | 54 | Aquarius |
| Gemini | 32 | 12 | Capricornus |
| Cancer | 32 | 12 | Sagittarius |
| Leo | 29 | 54 | Scorpius |
| Virgo | 27 | 57 | Libra |

¶ Tabula ortus ⁊ occasus signoruꝫ in sphera recta per horas ⁊ minuta equinoctialis.

| Nomina | ho. | mi | Nomina |
|---|---|---|---|
| Aries | 1. | 52 | Pisces |
| Taurus | .1. | 59 | Aquarius |
| Gemini | .2. | 9 | Capricornus |
| Cancer | .2. | 9 | Sagittarius |
| Leo | .1. | 59 | Scorpius |
| Virgo | .1. | 52 | Libra |

In sphera aũt obliqua siue decliui septẽtrionali sũt etiã tres regule ascensionum signorum.

Prima regula Prima est ꝙ in sphera ista due medietates zodiaci inchoate a duobus pũctis eq̃noctialibus: adequãtur adinuicẽ ⁊ cũ medietatibus equinoctialis sibi cõterminatis ĩ suis ascensiõibus. qꝛ quantum tẽporis consumit vna illarum medietatum in suo ortu: in tanto tẽpore alia medietas zodiaci ⁊ etiam medietas equinoctialis sibi cõterminalis orit̃. Partes aũt illarum medietatũ variantur. qꝛ nec ad inuicem neq̧ cũ partibus equinoctialis eis correspondẽtibus habẽt equales ascensiones vt iã patebit.

Secũda regula. Secunda regula ꝙ quilibet duo arcus zodiaci eq̃les ⁊ equaliter distãtes ab alterutro punctorum equinoctialium equales habet ascẽsiones.

Tertia regula. Tertia regula est ꝙ signa equidistantia puncto equinoctij vernalis inter principia capricorni et cancri oriuntur oblique sed signa equidistantia puncto equinoctij autũpnalis inter eadem ꝑncipia cãcri ⁊ capricorni oriuntur recte in sphera obliqua.

notabile Notãdũ etiã ꝙ signum quod recte orit̃ obliq̃ occidit: ⁊ quod oblique oritur recte occidit ĩ sphera obliqua. Itẽ sciendũ ꝙ quãto polus mũdi arctic⁹ magis eleuatur supra orizontem et regio aliqua septẽtrionalior ẽ: tanto magis oblique oriuntur signa oblique orientia tantoq̧

magis recte signa recte orientia in sphera obliqua. Et ascensiões sex signorum que sunt a principio capricorni per arietem vsq₃ in finem geminorum in sphera obliqua minores sunt ascensionibus eorundem in sphera recta. Sed ascensiones sex signorum que sunt a pricipio cācri per libram vsq₃ in finem sagittarij in sphera obliqua maiores sunt q̄₃ in recta et q̄₃tum iste crescunt: tantum ille decrescunt et econtra.

spara / sphe= / ecte z / ique.

orer.

¶ Et ex hoc patet ꝙ duo arc⁹ zodiaci equales et oppositi in sphera decliui habent ascensiones suas iunctas equales ascensionibus eorundē in sphera recta simul sumptis. cum enim arcus inter se sint equales: quanta est diminutio ex vna parte tanta est additio ex altera. z sic patet adequatio. Ortus autem z occasus signorū i sphera obliqua australi penitus opposito modo eisdem in sphera obliqua septētrionali contingūt.

e sphe / obliq̄ / trali.

¶ In hac parte auctor dicit de ortu z occasu signorum in orizonte obliquo. z primo quo ad regiones septētrionales. scd̄o quo ad regiões australes ibi. Ortus aūt z occasus. circa primum duo facit. primo dicit de ortu et occasu signorū in sphera obliqua septētrionali. scd̄o comparat ea ad ortū z occasum signoꝝ in sphera recta ibi z ascensiones. sed qꝛ orizontes obliqui varij sūt z pene infiniti: ideo primo dicit de ortu z occasu signorum in sphera obliqua septētrionali cōiter z quo ad se totā. scd̄o descēdit in speciali ad diuersas eius habitatiões ibi. itē sciēdū. Quātū ad primū sic ꝓcedit qꝛ prio ponit regulas ascensionum vł ortuum signorum in sphera obliqua scd̄o addit vnicā regulā de occasu eoꝝ i eadem sphera ibi. notandū etiā. Quantū ad primū ponuntur tres regule ascensionū signoꝝ in sphera obliqua. prima regula habet duas partes. Prima est ꝙ in orizōte obliquo due medietates zodiaci diuise per colurū equinoctialem in duob⁹ eq̄noctijs habēt adinuicem equales ascensiões z cum qualibet illarum. 180. grad⁹ equinoctialis ascendunt qui duodecim horis equiualēt. et nō modo dicte medietates zodiaci adequantur in suis ascēsionibus: verūetiā quelibet dictarū medietaꝝ zodiaci cum medietate equinoctialis sibi conterminata habet equales ascēsiones: qꝛ simul incipiunt oriri et simul peroriuntur. Secunda pars huius regule est ꝙ q̄₃uis dicte medietates zodiaci secūdum se totas inuicem z cū medietatibus equinoctialis equenꝰ in suis ascēsionibus: partes tamen illarum medietatū variantur neq₃ habent equales ascensiones. qꝛ nō quelibet pars vni⁹ dictarum medietatū zodiaci magna vel parua habet equalē ascensionē cū qualibet alia parte sibi equali in eadē vel in alia medietate zodiaci aut equinoctialis. verbigratia aries quod ē p̄mū signū prie medietatis nō habet equalem ortum cū tauro geminis vł cancro aut alijs que sunt partes sibi equales in eadem medietate: nec cum libra scorpiōe aut alijs que sūt etiam sibi equalia in alia medietate. Et itē simul incipiunt oriri medietas zodiaci z medietas equinoctialis. z tamē quando ortum est vnum signum zodiaci nō precise ortum est vnū de equinoctiali. sed qn̄q₃ plus / quādoq₃ minus. similiter nec qn̄ duo signa zodiaci orta sūt etiā duo signa precise de medietate equinoctialis sibi conterminali. z tamen tota medietas zodiaci simul incipit z simul desinit oriri cū tota medietate equinoctialis. Cuius etiam diuersitatis ascēsionum causa est diuersitas angulorum partium zodiaci cū orizonte obliquo. vn̄ in quibusdam partibus alicuius medietatis zodiaci anguli sunt maiores z rectiores et ibi maior ps equinoctialis ascēdit. In alijs autem partibus eiusdem medietatis fiūt anguli minores z obliquiores z tūc maior pars zodiaci q̄₃ equinoctialis oritur. vnde quandoq₃ medietas zodiaci excedit medietatē equinoctialis in suo ortu: qn̄q₃ vero excediꝰ ab ea: z sic apparet ꝙ possibilis est adequatio totius medietatis zodiaci ad totam medietatē equinoctialis: licet partes multipliciter varientur: quia quod acquiritur in principio perditur i fine. ¶ Tex. Scd̄a regula. poniꝰ secunda regula que ascensiones diuersarū partium zodiaci q̄₃tum potest ad equalitatem reducit et est talis ꝙ quilibet duo arc⁹ zodiaci equales z equaliter distantes ab aliquo punctorum equinoctialium equales habēt ascensiones. que quidem regula de partibus eq̄distantibus eidē puncto equinoctiali solum intelligenda est sicut se habent pisces z aries / aquarius z taurus / capricornus z gemini / respectu eq̄noctij vernalis. similiter virgo z libra / leo et scorpius / cancer et sagittari⁹ / respectu equinoctij autūpnalis. z adhuc in dictis partibus zodiaci non est intelligēda regula cū precisione sed addita particula fere / in aliquibus enim reperitur differētia s̄m tabulas toletanas. licet iohannes de monte regio in suis tabulis directionum hanc regulam precise accipiat. ¶ Tex. Tertia regula. hec tertia regula est determinatiua secūde. licet enim signa eq̄distantia duobus eq̄noctijs modo dicto habeant eq̄les ascensiones: tamen est differētia: qꝛ signa equidistantia eq̄noctio vernali que sūt inter principia capricorni et cancri s̄m successionē signorum procedendo. sc₃ pisces z aries / aquarius et taurus / capricornus et gemini oriuntur oblique in orizonte obliquo et cum quolibet eorum pauciores q̄₃. 30. gradus eq̄noctialis ascendunt. Alia vero sex signa eq̄distantia eq̄noctio autūpnali q̄ sunt inter principia cācri z capricorni s̄m successionem signorum: scilicet virgo z libra / leo z scorpius / cancer z sagittarius oriūtur recte in orizōte obliquo et cum quolibet eorum pluris q̄₃. 30. gradus equinoctialis ascendunt.

¶ Notandū ꝙ nō est sic intelligenda ista regula ꝙ in qual₃ parte sphere oblique septētrionali cū quolibet illoꝝ sex signoꝝ primoꝝ ascēdanꝰ pauciores q̄₃. 30. gradus eq̄noctialis. z cū quol₃ illorum. 6. signoru₃ oppositorum plures q̄₃. 30. q̄a hoc ante mediū primi climatis fallit in hijs quattuor: capricornus: gemini: virgo: et libra: vt apparebit i tabula. cū em̄ p̄ma duo signa sub eq̄noctiali habitantibus ascendant recte (quia,

cū quolʒ eoꝝ oriūtur.32.gradus equinoctialis) nō est possibile φ parua mutatione zenith ꝛ ori zontis facta tm̄ diminuātur sue ascensiones vt oblique oriātur scʒ habitātibꝰ ꝓpe equinoctia lem ꝑ tres aut quattuoꝛ gradus. similiter intelligēdū φ nō potuerunt tm̄ crescere ascensiones alioꝝ duoꝝ vt que prius oriebantur obliqua statim orirent recta: sed ꝓ tāto dicunt prima duo oblique oriri in sphera obliqua septētrionali tota qꝛ cōtinue eoꝝ ascensiones diminuūt. aliorum vero duorum ascensiones continue crescunt: et ideo dicūtur recte oriri in tota sphera obliqua.

¶ Notandū φ etiam circa istā tertiā regulam autoꝛ multū extranee a sententia ꝛ ꝟitate astrologica locutus est. dicit em̄ φ oīa illa sex signa que sunt a principio arietis per cancrū vsqꝫ ad finē virginis in sphera obliqua oblique oriūtur quia in illis semꝑ maioꝛ pars zodiaci ꝙ equinoctialis ascendit. Alia vero sex signa opposita a principio libre per capricornū vsqꝫ in finē pisciū oriūtur recte in eadē sphera: quia in oībus illis semper maioꝛ pars equinoctialis ꝙ zodiaci ascendit que tñ ꝫm tabulas ascensionum et astrolabiū falsa sūt. Et in hoc etiā manifeste ꝯtradicit sibiꝑsi ꝗtū ad scđam et tertiā regulas: quia per scđam regulā pisces et aries habēt equales ascensiones. similiter aquarius ꝛ taurus / et capricornus / et gemini. sed per tertiam regulā suā capricornus / aquarius et pisces oriuntur recta: aries aūt taurus ꝛ gemini obliqua: et sicnō adequantur in suis ascensionibus. Item contradicit sibiꝑsi hic ꝛ infra in secunda parte huius capituli. nā ꝫm eum hic cancer leo et virgo obliq̄ oriūtur: sed infra in secūda parte huius capituli dicit φ illa sex signa que sunt a principio cancri per librā vsqꝫ ad finē sagittarij dicūtur recte oriri in sphera obliqua: nec argumētationē quā format recte soluit. nec instantia quā affert vera est. nec glosa quorundā in hoc loco sicut etiā in superiori cōueniens est: sed multum ꝓter propositū et magis occultat ꝙ declarat veritatem oportuit igitur textum eius mutari et regulam aliā apponi ꝯformiter ad tabulas ascensionū et ad instrumēta astrologica q̄lis dicta ē. ¶ Tex. Notandū etiā. Ponit vnicā regulā de occasu signoꝝ in sphera obliqua q̄ facilis est. scʒ φ oē signū in orizonte obliquo recte oriēs oblique occidit: ꝛ ecōtra φ oblique oritur recte occidit: cuius causa in ꝓmptu est quia i sphera obliqua vt diximus signa opposita oppositas habent ascēsiones penes rectum ꝛ obliquū. cum igit ascensio vel ortꝰ vnius signi sit ꝑcise occasus sui oppositi (qꝛ simul incipiunt ꝛ desinunt oriri aut occidere ꝫm regulam Ptholemei primo capitulo supra positā) sequitur necessario φ oē signū oppositum hʒ occasum suo ortui. ¶ Textꝰ. Iteʒ sciendū. dicit de ortu ꝛ occasu signorum in diuersis partibus spere oblique septētrionalis. dictū est em̄ q̄ signa oriunt recte ꝛ que oblique i sphera obliqua septētrionali quecūqꝫ sit illa. nūc dicit φ iste ascensiones siue oblique siue recte i diuersis partibus sphere oblique diuerse sunt ꝛ in aliquibus maiores: in aliquibus vero minores sed regula est φ quanto aliqua regio magis distat ab eqnoctiali: magisqꝫ accedit ad polum arcticum: ꝛ super eius orizontem polus mūdi magis eleuatur: tanto magis oblique oriuntur sex signa oblique orientia in sphera obliqua: et tanto magis recte oriūtur sex signa recte orientia in eadem sphera. verbigratia ascensiones signi arietis in primo climate ad mediū eius sunt fere.25. gradus equinoctialis: sed in medio secundi climatis iam nō sunt nisi.23. gradꝰ fere i medio autem septimi climatis vix sunt.15. gradus Item ascēsiones signi libre in ꝑmo climate sūt fere.31. gradus. sed in secundo climate iam sunt fere.33. gradꝰ in medio aūt septimi climatis sūt fere.41. gradus equinoctialis. quot autem gradus equinoctialis cum quolʒ signo in quolʒ climate oriantur ex sequenti tabula depꝛehendetur.

¶ Tex. Et ascēsiones. cōparat ortū et occasū signoꝝ in sphera obliqua ad ortū ꝛ occasum eorūdem in sphera recta: ꝛ infert vnum correlariū ad maiorem declarationē ibi. Et ex hoc ptʒ cōparatio talis est φ sex signa oblique orientia in sphera obliqua minores habent ascensiones in orizonte obliquo ꝙ habent in orizonte recto: et ecōtra sex signa directe oriētia hn̄t maiores ascēsiōes in sphera obliqua ꝙ hebebāt in recta. v.g. ascensiones arietis in sphera recta erāt fere.28. gradus equinoctialis: sed in quocunqꝫ climate sphere oblique sunt pauciores. similiter ascēsiones libre in sphera recta erēt.28. gradus. sed in quolʒ climate sphere obliq̄ sunt plures. Ex hac comparatione infertur φ aliqua signa oriebantur recte aut equaliter i sphera recta q̄ ꝓpter dictam diminutionem oriūtur oblique in sphera obliqua sicut sūt taurus ꝛ gemini: capricornus ꝛ aquarius. Et itē aliqua signa oriebantur oblique aut equaliter in sphera recta que propter dictum ascensionum cremētum oriuntur recte in sphera obliqua sicut sunt leo / virgo / libra / ꝛ scorpius. augmētatio tñ ꝛ diminutio harū ascensionū sphere oblique super spherā rectam fiunt oīno equaliter qꝛ ꝗtū minuitur ex ascēsione vnꝰ signi tantum augetur in ascēsione sui oppositi. Hic tñ autoꝛ iste multū errauit cū dixit φ arcꝰ succedētes arieti vsqꝫ in finem virgis minuūt ascēsiones suas in sphera obliqua suꝑ ascensiones eorundē in sphera recta ꝛ ecōtra. arcus succedētes libre vsqꝫ in finē pisciū augent eas. nec aliquo modo potest hic erroꝛ colorari quicquid dicant oēs eius cōmentatores: sed hoc est manifeste falsum: et cōtra oēs astrologos ideo hic etiā textū autoris dimisimus. ¶ Notādum φ preter hanc est alia dr̄a inter ortū ꝛ occasum signoꝝ i sphera recta ꝛ obliqua: qꝛ signa oblique orientia in sphera recta nō oīa simul et cōtinua sunt: sed in oppositis partibus zodiaci scʒ duo circa equinoctium vernale: ꝛ duo circa equinoctium autūpnale. similiter se hʒ de signis recte oriētibus: sed in sphera obliqua oīa signa recte oriētia sibi continua sunt: scʒ a principio cancri per librā vsqꝫ in finem sagittarij. similiter signa oblique oriētia oīa simul sūt in sphera obliqua scʒ a principio capricorni ꝑ arietē vsqꝫ in finē geminoꝝ. ꝛ hoc ꝓ materia de diuersitate dierum ꝛ noctiū vtile erit. ¶ Tex. Et ex hoc pʒ. Infert correlariū ad ꝑdictoꝝ maiorē declarationē tale φ si accipiantur due partes zodiaci equales et opposite in sphera obliqua scʒ duo signa opposita: ascensiōes illoꝝ simul sumpte sunt precise

equales ascensionibus eorundē in sphera recta simul sumptis. verbigrā. aries ꝛ libra sūt signa opposita in zodiaco: et ascensiones eorum in primo climate. s. 24. gradus. 33. minuta ꝛ. 13. gradꝰ 15. minuta simul sumpte sūt. 55 gradꝰ ꝛ. 48. minuta eq̄noctialis ꝛ totidē gradꝰ sunt ascensiões eorundem simul iuncte in sphera recta vt patet ex sua tabula. s. 27. gradꝰ ꝛ. 54. minuta ꝓ quolibet illorum. Similiter ascēsiones istoꝝ signorū in quolꝫ alio climate simul sumpte sūt p̄cise tot gradꝰ eq̄noctialis sicut in sphera recta. ꝛ huius causa est q2 vt supra diximus q̄tū diminuitur ex ascēsione vnius signi tm̄ additur in ascēsione sui oppositi ꝛ sic pꝫ adequatio. ¶ Textꝰ. Ortus autē. Determinat breuiter de ortu ꝛ occasu signorum in sphera obliqua australi scꝫ vltra equinoctialem: dicēs ꝙ opposito modo oriū tur et occidunt signa in illa regione q̄ȝ in nostra septentrionali de qua huc vsqꝫ sermonē fecimꝰ. quia scilicet sex signa que in nostra habitatione oriuntur recta in illa oriuntur obliqua. et econtra que nobis oblique illis recta oriuntur. Igitur de singulis regulis supradictis pro sphera obliqua septentrionali ꝛ etiam dicendis in secūda parte non eodem mō est sentiēdum pro sphera obliqua australi.

¶ Tabula ortus et occasus signoꝝ in sphera obliqua septētrionali ꝑ gradus ꝛ minuta eq̄noctialis.

| Noia | Aries gra. mi. | Taurꝰ gra. mi. | Gemini gra. mi. | Cancer gra. mi. | Leo gra. mi. | Virgo gra. mi. | Libra gra. mi. | scorpiꝰ gra. mi. | sagitta. gra. mi. | Capri. gra. mi. | Aquari gra. mi. | Pisces gra. mi. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. cli. | 24 33 | 27 12 | 31 5 | 33 19 | 32 36 | 31 15 | 31 15 | 32 36 | 33 9 | 31 5 | 27 12 | 24 33 |
| 2. cli. | 22 38 | 25 37 | 30 27 | 33 57 | 34 11 | 33 10 | 33 10 | 34 11 | 33 57 | 30 27 | 25 37 | 22 38 |
| 3 cli. | 21 1 | 24 16 | 19 53 | 34 31 | 35 34 | 34 47 | 34 47 | 35 34 | 34 31 | 29 53 | 24 16 | 21 1 |
| 4 cli. | 19 16 | 22 47 | 29 14 | 35 10 | 37 1 | 36 32 | 36 32 | 37 1 | 35 10 | 29 14 | 22 47 | 19 18 |
| 5 cli. | 17 36 | 21 19 | 28 35 | 35 49 | 38 29 | 38 12 | 38 12 | 38 29 | 35 49 | 28 35 | 21 19 | 17 36 |
| 6. cli. | 16 10 | 19 54 | 27 57 | 36 27 | 39 54 | 39 48 | 39 48 | 39 54 | 36 27 | 27 57 | 19 54 | 16 0 |
| 7. cli. | 14 32 | 18 33 | 27 18 | 37 6 | 41 15 | 41 16 | 41 16 | 41 15 | 37 6 | 27 18 | 18 33 | 14 32 |
| 8. cli. | 12 48 | 16 54 | 26 29 | 37 55 | 42 54 | 43 0 | 43 0 | 42 54 | 37 55 | 26 29 | 16 54 | 12 48 |

Ad media climatum

¶ Tabula eadem per horas ꝛ minuta equinoctialis

| Noia | Aries ho. mi. | Taurꝰ ho. mi. | Gemini ho. mi. | Cancer ho. mi. | Leo ho. mi. | Virgo ho. mi. | Libra ho. mi. | scorpiꝰ ho. mi. | sagitta. ho. mi. | Capri. ho. mi. | aquarius ho. mi. | Pisces ho. mi. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 cli. | 1 38 | 1 49 | 2 4 | 2 13 | 2 10 | 2 5 | 2 5 | 2 10 | 2 15 | 2 4 | 1 49 | 1 38 |
| 2. cli. | 1 31 | 1 42 | 2 2 | 2 16 | 2 17 | 2 13 | 1 13 | 2 17 | 2 16 | 2 2 | 1 42 | 1 31 |
| 3. cli. | 1 24 | 1 37 | 2 0 | 2 18 | 2 22 | 2 19 | 2 19 | 2 22 | 2 18 | 2 0 | 1 37 | 1 24 |
| 4. cli. | 1 17 | 1 31 | 1 57 | 2 21 | 2 28 | 2 26 | 2 26 | 2 28 | 2 21 | 1 57 | 1 31 | 17 |
| 5. cli. | 1 11 | 1 25 | 1 54 | 2 23 | 2 34 | 2 33 | 2 33 | 2 34 | 2 23 | 1 54 | 1 25 | 1 11 |
| 6. cli. | 1 4 | 1 21 | 1 52 | 2 26 | 2 40 | 2 39 | 2 39 | 2 40 | 2 26 | 1 52 | 1 20 | 1 4 |
| 7. cli. | 0 58 | 1 14 | 1 49 | 2 28 | 2 45 | 2 45 | 2 45 | 2 45 | 2 28 | 1 49 | 1 14 | 0 58 |
| 8. cli. | 0 51 | 1 8 | 1 46 | 2 32 | 2 52 | 2 52 | 2 52 | 2 52 | 2 32 | 1 46 | 1 8 | 0 51 |

Ad media climatum

¶ Ad cognoscendū qualibet hora diei signum ꝛ gradum ascendentē scias primo in quo signo et gradu sit sol hoc mō. vide in quo mense es: et quota die mensis introiuit sol signum illud ſm ea q̄ dicta sunt supra in capitulo scđo ꝛ ꝓ quolꝫ die sequēte ꝯputa vnum gradū ꝛ sic habebis in die p̄nti in quo gradu illius signi sit sol. Deinde scias quota hora post meridiem aut post mediā noctē sol orit̄ aut occidit ꝓut docebit̄ infra i fine scđe ꝑtis seq̄ntis. Scias tertio signa sex q̄ illa die vel nocte oriunt̄: ꝛ scias ascēsionem cuiuslibet eoꝝ ꝑ gradꝰ eq̄noctialis aut ꝑ horas ꝛ minuta i tuo climate ſm tabulā supradictā. Deinde videas quot hore et minuta horarū preterierunt post ortū vel occasum solis vsqꝫ ad tēpus tuum ꝛ quot ascensiones signorum requirūtur pro illis horis ꝛ minutis computando. s. 15. gradus equinoctialis pro vna hora et quēlibet gradum pro. 4. minutis hore ꝛ sic habebis signum et gradum ascendentem ad tempus tuū. Verbi gratia. anno dn̄i. 1496. quintadecima die augusti hora decima ante meridiana volo scire gradum zodiaci ascēdentem in medio quinti climatis vbi maior ꝑs hyspanie et italie sita est: et inuenio solem in fine primi gradus virginis quia die precedēte sol intrauerat signū illud. Sex autem signa q̄ tali die oriūtur post solem sunt hec. virgo/libra/scorpius/sagittarius/capricornus/aquarius/ ꝛ primus gradus piscium. sol autem ortus est illa die hora q̄nta completa cū vna tertia ꝑte alterius hore. restāt ergo vsqꝫ ad horam decimā ꝓpositam. 4. hore cū duabꝰ tertijs ītra ergo tabulam ortus ꝛ occasus signoꝝ ad medium quinti climatis et incipe computationē ascēsionum a principeo secundi gradus virginis et acccipe tot ascensiões quousqꝫ ꝯpleantur. 4. hore cū duabus tertijs. ꝛ pꝫ ibi ꝙ vsqꝫ ad finē virginis erunt due hore cum. 28. minutis. quibus succedunt ascēsiones totius libre que sunt. 2. hore ꝛ. 33. minuta de q̄bus dimittenda sunt. 21. minuta q2 excedūt tp̄s ꝓpositū: ꝛ illa sunt ascēsiones fere. 4. graduū vltimorū libre. sic igit̄ tēpore ꝓposito erat ascēdēs. 26. gradus libre.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi Cameracensis doctorisqꝫ celebratissimi questio prima.



Uerit͂ primo circa tertiū capitulū
vtrū ista ꝯñā seu argumētatio au
ctoris valeat. isti duo arcꝰ sunt eq̄
les ⁊ simul incipiunt oriri: ⁊ sꝑ ma
ior ꝑs orit͂ de vno ꝗ de alio. ergo
ille arcꝰ citiꝰ ꝯoriet͂: cuius sꝑ pars
maior oriebat͂. Et arguit͂ p͛io ꝙ sit bona. quia
aña illiꝰ ꝯñe nō stat in ꝟitate sine ꝯñte igit͂ ꝯña
bona. ꝓbat͂ añs ⁊ ponat͂ ꝙ arcus a sit eq̄lis ar-
cui b. cuiꝰ arcus a sꝑ maior ꝑs orit͂ ꝗ arcꝰ b. po
natur vltra ꝙ eque cito sicut aliqua ꝑs ꝗtūcun
ꝗ modica arcus a orit͂ sup orizontē ānihiletur.
⁊ ita etiā de arcu b. tūc ex quo arcus a ⁊ b sūt eq̄
les ⁊ semper maior pars arcus a orit͂ ꝗ arcꝰ b.
sequit͂ ꝙ semꝑ maior pars de a ānihilat͂ ꝗ de ar
cu b. ⁊ per ꝯñs arcus a citiꝰ ānichilabitur ꝗ ar
cus b. Et vltra sequitur cū idē sit de ortu et an-
nichilatione ꝙ arcus a prius erit ꝯpletus ꝗ ar-
cus b. Sed aliq̇s diceret ꝙ ibi supponit͂ vnū im
possibile. s. ꝙ arcus celi annichilaretur. Dicit͂ ꝙ
hoc nō vȝ. q̄ non implicat ꝯtradictionem nec re
pugnat ymaginatiōi: et patet ex alio q̄ poneret͂
loco ānichilationis ꝙ tales partes haberēt ali-
quod obstaculū. Secundo sic q̄ oppositū talis
ꝯñtis repugnat añti. igit͂. añs ꝓbat͂. et ponatur
ꝙ alicuius mēsure et famose commensurabilis
vtriꝗ istorū arcuum puta mensure pedalis in
medietate tēporis quo oriūtur illi duo arcꝰ plu
res sumātur tales de illo arcu a ꝗ de arcu b. pu
ta. 4. de arcu a. ⁊ de arcu b. solum tres et totidē
sumantur in secunda medietate ex quo semper
maior pars orit͂ de arcu a. ⁊ sequit͂ ꝙ in fine tem
poris erūt. viij. tales mēsure de arcu a. ⁊ solū. 6.
de arcu b. ⁊ per ꝯñs sunt inequales quod est op-
positū añtis. Tertio sic q̄ sicut est in alijs eq̄li-
bus ita videtur esse in arcubus equalibꝰ. modo
sic est in alijs equalibus. puta in lineis rectis et
spacijs. quod si ab eis demantur inequalia q̄ re
manent sunt inequalia ꝑ animi cōceptionē ergo
ita erit in arcubus equalibus ꝙ si ab illis demā
tur partes inequales q̄ remanebūt erūt inequa
les ⁊ per ꝯñs citius ꝯsumet͂ arcus cuius maio
res ꝑtes oriunt͂ ⁊ per ꝯñs ꝓpositū. Quarto sic
ponendo sicut prius ꝙ a sit arcus cuiꝰ maior ꝑs
semper oritur. ⁊ b. cuius minor pars perorit͂ vl-
tra capiatur instans in tēpore per quod oriūtur
in quo verum est dicere ꝙ medietas arcus a oc
ta est ⁊ sit instās illud f. tūc sequitur ꝙ in illo in
stanti f. medietas ipsius b non adhuc orta est: et
sic plus remanet ad oriendū de arcu b. ꝗ de ar-
cu a. si ergo in residuo tꝑis post f. ābo arcus sint
simul ꝯorti siue equaliter sequitur ꝙ citiꝰ oriet͂
residuum ipsius b ꝗ de arcu a. ¶ In oppositū
arguitur per auctorē in textu vbi ex inequali as-
scensione signoꝝ cū equali ascēsiōe quartarum
zodiaci et eq̄noctialis cōcludit illam ꝯñam nō
valere. ¶ In q̄stione erūt duo articuli. in p̄mo
erūt notabilia ⁊ suppōnes. in secūdo respondebi
tur ad q̄situ. ⁊ erunt dubia. ¶ Quātum ad pri-
mum aduertendum est ꝙ signum oriri vel arcū
ascendere: seu eleuatio signi vel arcꝰ ꝓ eodē re-
putant͂. et conformiter de occasu in quo depssio
signi vel arcus aut occasus idē sunt. ¶ Secun
do notandū est ꝙ signū oriri describit͂ sic ab au
ctore in textu: signū oriri est illā partē eq̄noctia
lis oriri que oritur signo oriēte ⁊ ascendēte sup
orizontē. Et illa descriptio est valde impropria
q̄ describitur diffinitum per aliquod extrisecū:
aliud ꝙ ꝑ tale diffinitum importet͂: nam dato ꝙ
nō esset circulus eq̄noctialis in celo nō minꝰ si-
gna orirent͂. Sed quare talem descriptionem au
ctor dedit dupliciter solet assignari causa: p̄ma
vt possint haberi regule certe de ascensionibꝰ si-
gnorum in quibuscūꝗ orizontibus. vnde omīs
inequalitas ab equalitate ꝓcedit: et ad eam re-
ducitur. similiter omnis difformitas ab vnifor
mitate mensuratur: ergo cū ascēsiones signorū
in zodiaco sint difformes ⁊ ascensiones equaliū
partiū equinoctialis sunt vniformes: ideo opor
tuit reducere ascensiones signorū ad ascēsiones
partiū equinoctialis. Alia cā est: quia cū simul
oriantur signa: auctor ābas ascēsiones sub vna
descriptiōe ꝯprehēdit. ¶ Tertio notandū est ⁊
supponēdū ꝙ signa zodiaci difformiter oriūtur
⁊ in sphera recta ⁊ obliqua: eq̄noctialis aut vni
formiter oritur. Cā primi potest triplex assigna
ri. prima ex obliquitate zodiaci. secūda assigna
tur in sphera obliqua ex obliquitate orizontis.
tertia assignatur ex difformitate motus signorū
in zodiaco octaue sphere ꝓpter motū accessus
⁊ recessus. ¶ Quarto notandum est ꝙ hic lo-
quēdum est de equinoctiali prout est quedā cir-
cūferentia circuli eque distantis a polis mundi
⁊ melius de equinoctiali in nona sphera ꝗ in oc
taua q̄ in nona equinoctialis est inuariabilis. sȝ
in octaua est variabilis ꝓpter motū accessus ⁊
recessus. Quinto notādū est ꝙ auctor illud cor
relariū de quo querit q̄stio principaliter ponit ꝓ
pter duos arcus q̇ sūt due quarte equinoctialis
⁊ zodiaci. Pro quo est aduertendum ꝙ plus ori
ri de quarta zodiaci ꝗ de quarta equinoctialis
dupliciter pōt itelligi. primo mō ꝗtū adesse or
tū ita ꝙ semꝑ maior pars sit orta de arcu zodia
ci ꝗ de arcu equinoctialis. Alio modo ꝗtū ad
oriendū. vñ primo mō verū est illud qđ dicit au
ctor. scđo mō falsū est ⁊ illud manifeste pȝ in vl
tima rōne ante oppositū. ¶ Tunc ponunt͂ due
suppōnes. prima est ꝙ si circulus maior in sphe
ra supra aliū circulū maiorē fuerit iclinatꝰ: fue
rintꝗ ex qualibet quarta circuli inclinati (cuiꝰ
principiū ē alterutra sectionū) duo arcus equa-
les ꝯtinui separati: tūc arcus circuloꝝ maiorū
a polo alterius per extremitates duoꝝ arcuū in
ipsiꝰ circūferētiā descēdētes: ex ipsa circūferē-
tia arcꝰ ineq̄les abscindūt quorū q̇ remotior est
a sectiōe maior est: ⁊ q̇ ꝓpinq̇or est a sectiōi mi
nor ē. ista suppō ē quarta ꝯclusio Theodosij in
libro de spheris ⁊ istam demōstrat Campanus
⁊ dicit ꝙ ex illa suppōne seq̇tur ꝙ de equatore. s.
de eq̄noctiali plus oritur cū geminis ꝗ cū tau-
ro. ⁊ plus cū tauro ꝗ cū ariete. ¶ Secūda sup-
pō est ꝙ si super maiorē circulū in sphera cōtin-
gentē aliquos duos eq̄distantes fuerit alter cir
culus maior eq̄distans ab illis duobus inclina
tus: fueritꝗ ex illo primo circulo maiori duo ar
cus equales post locū ꝯtactus: tunc alij duo cir
culi maiores per extremitates illoꝝ arcuū duo
rū transeūtes ex scđo circulo maiori inequales
arcus abscindūt: quoꝝ q̇ ꝓpiquior est p͛io ma
ior est. Ista suppō est sexta ꝯclusio Theodosij
in libro de spheris nō tñ in forma tñ satis ꝓpe.
Et hec de primo articulo. ¶ Quantū ad scđm

Primꝰ articulꝰ.

Descri-ptio ortꝰ ⁊ occasꝰ signoruȝ quō itel-ligēda sit

Aliť as-cēdit zo-diacus ⁊ aliter eq-noctial

Dupler sensus [..] stionis.

Prime suppō

Scđa suppō

Secūdꝰ articulꝰ. Prima ꝯclusio.

Sit hec prima conclusio. Oīs pūctus eq̄noctialis in quolibet orizonte in quo equinoctialis oritur ps post partē vniformiť orit: ita ꝙ eq̄ales partes equinoctialis in temporibꝰ equalibꝰ sup orizontem oriuntur. Patet conclusio. qꝛ quilz punctus celi equaliter distans a polis mundi mouetur vniformiter in equali tempore equalia spacia vera vel ymaginaria describēdo sic est ꝙ eq̄noctialis seu quilibet punctus eius equaliter distat a polis mundi. quare sequiť ꝙ quilz punctꝰ eq̄noctialis vniformiter moueť. ⁊ cū talis motus sup orizontē sit ortus partium equinoctialis sequitur ꝙ quilibet punctꝰ eq̄noctialis vniformiter oriť. Et sicut poniť ꝯclusio de ortu partium eq̄noctialis cō similis ponereť de occasu.

Secūda ꝯclusio.

¶ Secunda ꝯclusio est ꝙ in sphera recta signū arietis in breuiore tpe oriť ꝗ̄ taurus: et taurus ꝗ̄ gemini / ita ꝙ de quarta zodiaci q̄ est a principio arietis vsq̄ ad finē geminorum signū propinquius primo puncto arietis in breuiore tēpore oritur: ⁊ ꝙ ab eo est remotius in longiore tpe oriť: cōclusio ꝓbatur sic. qꝛ cum aries oritur minor pars equinoctialis oriť cum eo ꝗ̄ cū tauro. et iterū minor cum tauro ꝗ̄ cū geminis: ꝫ cum equales partes eq̄noctialis īequalibꝰ tpibꝰ oriantur ꝑ precedētē conclusionem: seq̄tur ꝙ ī minori tpe oriť ps zodiaci ꝓpinquior principio arietis: ⁊ ꝑ consequēs habeť conclusio vera. añs pz ex prima suppositione in primo articulo. s. sic qꝛ eq̄noctialis est vnus magnꝰ circulus in sphera sup quem est alter magnus inclinatus. s. zodiacus. Sumātur ergo de zodiaco duo arcus equales qui sunt signū arietis ⁊ signū tauri ⁊ sequiť ꝙ duo magni circuli ꝓcedentes a polis equinoctialis ⁊ transeuntes per extremitates illoꝝ arcuum obscindunt de equinoctiali duos arcꝰ inequales: quoꝝ ille erit maior qui erit remotior a cōi sectiōe equinoctialis ⁊ zodiaci. Et sic sequitur ꝙ minor pars de equinoctiali oritur cū ariete ꝗ̄ cum tauro: et iterū cum tauro ꝗ̄ cū geminis.

Correlarium. Tertia ꝯclusio.

¶ Ex ista cōclusione inferť ꝙ in sphera recta in breuiori tempore oritur libra ꝗ̄ scorpius: ⁊ in breuiori tempore scorpius ꝗ̄ sagittariꝰ probaretur omnino sicut precedens ꝯclo. ¶ Tertia conclusio est ꝙ cancer in longiore tēpore oritur ꝗ̄ leo: ⁊ leo ꝗ̄ virgo. ita ꝙ de quarta zodiaci q̄ est a principio cancri vsq̄ ad finem geminorum illud signū longiore tempore oritur qđ ē ꝓpinquius primo puncto cancri: ⁊ in breuiore tēpore quod est remotius. ꝓbatur ꝯclūsio. qꝛ maior pars oritur de equinoctiali cum cācro ꝗ̄ cū leone: ⁊ cum leone ꝗ̄ cum virgine. ergo conclusio vera. ꝯña est nota ex prima conclusione. probatur añs ex scđa suppositione pⁱmi articuli: qꝛ zodiacus est circulus maior in sphera cōtingēs duos circulos minores eq̄distātes. s. duos tropicos. ⁊ est alter maior circulus eq̄distās a duobus tropicis scz equinoctialis inclinatꝰ sup zodiacum: sumantur duo arcus equales post loca contactuum zodiaci cum tropicis scz signū leonis et cancri. Et sequitur ꝙ circuli intersecātes tropicos ⁊ trāseuntes ꝑ extremitates illoꝝ arcuum abscindunt de equinoctiali arcus inequales: quorum ille est maior qui propīquior est loco contactus: ⁊ sic sequitur ꝗ̄ arcus equinoctialis q̄ oritur cū cancro est maior ꝗ̄ cum leone: ⁊ cum leone ꝗ̄ cum virgine. Ex conclusione seq̄tur ꝙ capricornus lōgiore tēpore oritur ꝗ̄ aquarius: ⁊ aquarius ꝗ̄ pisces: ꝓbatur sicut p̄cedēs

Correlarium. Quarta ꝯclusio. Quinta ꝯclusio.

¶ Quarta ꝯclusio est ꝙ ī sphera obliqua aries breuiori tpe oritur ꝗ̄ taurus: et taurus ꝗ̄ gemini ꝓbatur sicut scđa ꝯclo. ¶ Quinta ꝯclo est ꝙ in sphera recta quarta zodiaci que est a pⁱncipio arietis vsq̄ ad finem geminorum ⁊ quarta equinoctialis cū terminabilis in equali tempore et simul incipiunt oriri ⁊ ꝑorte sunt: pz conclusio. quia orizon est circulꝰ diuidens spherā in duas medietates equales sic ꝙ vna medietas sphere est super orizontem: ergo cum illa quarta zodiaci complete perorta est sic. ꝙ pⁱcipiū arietis est in zenith capitis: et finis geminorum est in contactu orizōtis: sequitur ꝙ quarta equinoctialis secum terminabilis erit in eodem statu. consequentia tenet: quia al'as medietas equinoctialis nō esset supra orizontem quod est contra descriptionem orizontis. Et ita probatur de alijs quartis zodiaci ⁊ equinoctialis secum terminabilis.

Sexta ꝯclusio.

¶ Sexta conclusio est ꝙ semper citra finem temporis quo peroriūtur prima quarta zodiaci et quarta equinoctialis secum conterminabilis maior pars oritur de zodiaco ꝗ̄ de equinoctiali. hec conclusio sequitur expresse ex ꝓbatione secunde conclusionis.

Septiā ꝯclusio.

¶ Septima conclusio est ꝙ de eisdez quartis sphere circa finē temporis quo peroriuntur maior pars peroriunda est de equinoctiali ꝗ̄ de zodiaco. hec cōclusio sequitur ex precedēti. quia maior pars orta est de zodiaco: ⁊ sunt equales ꝫ probatio vera.

Primū correl.

¶ Et ex omnibus istis sequuntur correlaria responsiua ad dubium. Primum est ꝙ illa consequentia seu argumentatio de qua querit questio nō vz. patet ex conclusionibus sic: quia duo arcus qui sunt prima quarta zodiaci ⁊ quarta equinoctialis secum cōterminabilis sunt equales: ⁊ simul ⁊ in equali tempore incipiūt oriri per quintam conclusionem: ⁊ per sextam semper maior pars oritur de vno ꝗ̄ de alio. scilicet de zodiaco ꝗ̄ de equinoctiali. et tamen non citius peroritur vnꝰ arcus ꝗ̄ alter: immo simul tempore peroriūtur per quintam conclusionem.

Dnū exemplum

Et istud potest exēplariť declarari vt alibi sint due virge erecte sursum et incipiant duo luminosa simul et vniformiter ascendere super illas virgas quousq̄ perueniant ad zenith illarum virgarum et incuruetur siue implicetur vna de illis virgis vniformiter tunc in illo casu vmbre illarum virgaꝝ erūt equales ⁊ cōtinue plus diminuitur vmbra vniꝰ ꝗ̄ vmbra alterius quia habet duplicem causam diminutionis: scilicet ascensum luminosi supra ⁊ curuationem siue plectionem illiꝰ virge: ⁊ tamen simul in eodem instāti ille due vmbre erūt consumpte. scilicet quando luminosa peruenīēt ad zenith illarum virgarum.

Secūdū correl.

Secundum correlarium illa consequentia nō vz. s. isti duo arcus sunt equales ⁊ simul incipiunt oriri ⁊ maior ps de vno orienda est ꝗ̄ de alio: ergo ille tardiꝰ ortus erit cuius maior pars oriēda est pz sicut precedens.

Ad rōes qōnis.

¶ Ad primam negatur antecedens immo oppositum demōstratur / ad probationē admittitur casus. ⁊ quando diciť ex quo maior ps oritur de a / ꝗ̄ ⁊c. conceditur: ꝫ: priꝰ erit ⁊ c. negatur consequentia. Ad secundam ⁊c. negatur.

ad probationem ⁊c. admittitur casus. scilicet ꝙ
in prima medietate tẽporis quattuor tales mẽ-
sure de a/ et solum tres de b/ sed ꝙ ita fiat in se-
cunda medietate non admitto. Ad tertiã ⁊c. cõ-
ceditur mõ sic est in equalib⁹ ⁊c. ꝯceditur. Et
ꝯcedit. totum antecedẽs. s. maior ⁊ minor. Et
cum infertur ⁊c. cõceditur totum nec arguit cõ-
sequentia dicta. Ad quartam ⁊c. admittitur ca-
sus ⁊c. et dicitur ꝙ illa ratio bene probat ꝙ de-
bet intelligi ꝙ maior pars perorit. i. perorta est.
Auctoritas post oppositum est pro dictis.

## Secunda ps de diuersitate dierum ⁊ noctium.

Prima ꝯclo.

Et per hec ad diuersitates dierum ⁊ noctium facilior est transitus. Unde ex predictis patet ꝙ dies naturales sũt inequales. Est enim dies naturalis reuolutio equinoctialis circa terram semel: cũ tanta zodiaci parte quantã interim sol pertrãsit motu proprio contra primum mobile/ sed cum ascensiones illorum ar- cuum sint inequales: vt pꝫ per predicta tam in sphera recta ꝙ̃ in obliqua: ⁊ pe- nes additamenta illarum ascensionum considerentur dies naturales: illi de ne- cessitate erunt inequales. in sphera re- cta propter vnicam causam scilicet pro- pter obliquitatem zodiaci in sphera ve- ro obliqua propter duas causas: scilicet propter obliquitatem zodiaci et obliq- tatem orizontis obliqui. tertia solet assi- gnari cã. s. eccẽtricitas circuli solis: ex qua irregularitas veri mot⁹ solis in zo- diaco contingit vt postea patebit.

Quid dies naturalis.

Notabile.

Unde notandum ꝙ duplex est motus solis. vnus quo rapitur a primo mobili quotidie cir- ca terram semel. alius est motus ei proprius ab occidente in orientem per zodiacum. ex quo pro- uenit ꝙ cum primum mobile est conuolutum tunc in principio sequentis diei non est sol in eo- dem puncto zodiaci: sed processit fere vno gra- du. Ex dictis etiam seq̃tur dies artificiales si- militer ⁊ noctes in anno diuersificari. Est autẽ dies artificialis presentia solis super nostrũ ori- zontem: nox vero vmbra terre solisqꝫ absentia.

Secũda ꝯclo.

Unde notandum ꝙ vt dictũ est quattuor signa continua duobus equinoctijs oriuntur obliqua quattuor vero continua duobus solstitijs oriun- tur recta. quattuor autem intermedia oriuntur

Notãdũ

equalia in sphera recta. Sex signa que sũt a pri-
cipio cancri per libram vsqꝫ in finem sagittarij
dicuntur recte oriri in sphera obliqua. opposita
vero signa que scilicet sunt a principio capricor-
ni per arietem vsqꝫ in finem geminorũ oblique
oriuntur in eadem sphera. vnde Uirgilius. Re-
cta meant obliqua cadunt a sydere cancri. Do-
nec finitur chiron. sed cetera signa nascuntur p-
no: descendunt tramite recto. Et sic existentib⁹
sub equinoctiali cum totidem signa quolibet die
anni recte quot oblique de die oriãtur: similiter
⁊ de nocte semper est eis equinoctium. Et quan-
do ẽ nobis maxima dies i estate/ ⁊ minima nox
scilicet sole existẽte in pricipio cancri: tunc oriũ-
tur de die sex signa recte oriẽtia de nocte autem
sex oblique. Econuerso quando nobis est mini-
mus dies ⁊ maxima nox scilicet sole existẽte in
principio capricorni. tunc de die oriuntur sex si-
gna oblique oriẽtia de nocte ꝑo sex directe. Qñ
autẽ nobis est equinoctium scilicet sole existẽ-
te in principijs arietis ⁊ libre: tunc de die oriun-
tur tria signa recte orientia: ⁊ tria oblique et de
nocte similiter. In omnibus autem alijs dieb⁹
anni quando sol est in latere equinoctialis: vel
ex parte septẽtrionali/ vel ex parte australi: ma-
iorantur vel minorantur dies vel noctes ꝯm ꝙ
plura vel pauciora signa directe vel oblique ori-
entia de die vel de nocte oriuntur. Est enim re-
gula iam dicta quantũcunqꝫ breuis vel prolixa
sit dies vel nox: sex signa zodiaci oriũt de die et
sex de nocte: nec propt̃ prolixitatẽ vel breuita-
tem diei vel noctis plura vel pauciora signa ori-
untur. Et ex hijs colligitur ꝙ cum hora natura-
lis sit fere spacium temporis in quo medietas
signi perorittur: in quolibet die artificiali simili-
ter et in nocte sunt duodecim hore naturales.

Hec est secunda pars principalis huius capi-
tuli de diuersitate dierum ⁊ noctium scilicet de
causa crementi ⁊ decrementi ipsorum. habet du-
as particulas. prima est de diuersitate dierũ na-
turalium: secunda de diuersitate dierum et no-
ctium artificialium ibi. ex dictis etiã. prima ꝑti-
cula adhuc diuiditur. quia primo ponit ⁊ ꝓbat
quandam conclusionem. secundo adiũgit quod-
dam notabile ad illius declarationem ibi. ⁊ no-
tandum. Conclusio ergo quam probat est ꝙ li-
cet omes dies naturales habeant. 24. horas nõ
tamen omnes sunt equales sed aliqui prolixio-
res alijs. Probatur hec conclusio sic. dies natu-
ralis est vna reuolutio primi mobilis vel eq̃no-
noctialis circuli cum certa zodiaci parte (quam
scilicet sol motu proprio contra primum mobi-
le interim pertrãsit) id est dies naturalis est spa-
cium temporis quo circulus equinoctialis vnã
facit reuolutionem circa terrã et vltra hoc ascẽ-
dit illa pars zodiaci quam sol iterim scilicet dũ
fit illa reuolutio motu proprio pertransiuit. sed
illa portio a sole pertransita nõ quotidie habet
equales ascensiones/ nec semper equali tempo-
re oritur. additio aũt illi⁹ ascẽsionis super reuo-
lutionem primi mobilis requiritur ad comple-
mentum diei naturalis: ergo nõ omnes dies na-
turales sunt equales sꝫ aliq̃ sunt maiores alijs.

plage sol est in opposito augis sui eccẽtrici per
p̃mã suppõnem ꝫ ꝑ scḋaz ⁊ tertiã sol est in illo
tũc valde ꝓpinqor terre. mõ dũ habem⁹ estatẽ
cũ difficultate possumus durare ꝓpter calorem
excessiuũ: ꝫ a fortiori tales nõ pñt durare qꝛ ha
bẽt solẽ ꝓpinqorẽ in estate. Similiter ꝓbatur
scḋa ps añtis qꝛ in hyeme est sol ĩ eccẽtrici sui
auge ergo multũ distat a terra mõ dũ habem⁹
hyemẽ cũ difficultate duramus ꝓpter nimis ex
cessiuũ frigus ergo a fortiori neq̧ illi poterunt
durare. ↄña tenet quia tales habẽt frigus ꝓpin
quius ⁊ solẽ remotiorẽ quã nos habemus ⁊ sic
coior opinio est ꝙ illa plaga est inhabitabilis.
*Secũd⁹ articul⁹.* ¶ Quãtũ ad scḋm notãdũ est ꝙ de habitatõe
terre supposita eq̃noctiali sunt due opiniones.
*Prima opinio.* Prima fuit ꝙ talis plaga nõ est habitabilis ꝑꝑ
distemperiem aeris in illa plaga quia ibi viget
calor nimis excessiuus. Et istã opinionẽ ponit
Ouidius scḋo methamorphoseos: ⁊ etiã Ari-
stoteles in scḋo metheoroꝝ: vñ dicũt partẽ ter
re equinoctiali suppositã esse torridã ⁊ adustam
ꝓpter ꝑpẽdicularitatẽ radioꝝ solis ibi incidẽ-
tiũ. Et ad hoc arguũt sic rõne quia quãto plus
fit appropinquatio a medio quarti climatis eũ-
do versus equinoctialẽ tãto reperit̃ terra min⁹
ↄueniẽs habitationi humane in tm̃ ꝙ reperiũt̃
ibi isti ethiopes qui non pñt diu in bona dispo-
sitione viuere: ergo ꝓcedẽdo vltra vsq̧ ad equi
noctialẽ reperiret̃ terra inhabitabilis: qꝛ sol ibi
dẽ transit bis in anno per zenith capitis eorum
*Secũda opinio.* Sed est alia opinio tenẽs oppositũ p̃dicte. s. ꝙ
sub equinoctiali est terra habitabilis, ⁊ ad hoc

adducit aliquas auctoritates ⁊ postea ratiões
Prima auctoritas est Isidorĩ in p̃mo ethimo *Isidor*
logiaꝝ ponẽtis ꝙ in paradiso terrestri est locus
versus oriẽtẽ situatus multũ appropiquãs ad
globũ lune sub eq̃noctiali delectabilissimus tẽ
peratissimus ⁊ amenissimus. Scḋa auctoritas
est illius de quo legit̃. s. de quodã hoie in anglia
qui recitat se vidisse in suo tp̃e de quodã incãta
tore qui arte magica recluserat quẽdã spm̃ ma-
lignũ qui q̃dem spiritus vt posset euadere ⁊ exi
re ꝓmittebat sibi dare ĩ qualibet die ãni fruct⁹
maturos: ⁊ altero petẽte ab eo vbi caperet. Re
spondebat ꝙ ĩ quodã loco qui ab hominibus re
putabatur inhabitabilis qui tamen est delecta-
bilissimus ⁊ amenissimus. s. paradisus terrestrꝫ
Sed postea sunt alique ꝑsuasiões quibus aliq̃
nitunt̃ persuadere illã plagã esse habitabilẽ et
hoc ꝙ̃tũ est ex tẽperamẽto aeris. Prima ꝑsua *Prie ⁊*
sio est qꝛ in illa plaga est ↄtinue equinoctiũ ⁊ fri
giditas noctis sufficiẽter ↄtemperat caliditatẽ
diei ⁊ ecõtra. ⁊ ita videtur ꝙ ibi frigiditas suf-
ficienter obtẽperet caliditatẽ quã aliĩ ponũt ni-
miam: quia cõtinue dies ⁊ noctes inter se sunt
equales ibidẽ. Secũda ꝑsuasio est ad ostẽdẽdũ *Scḋa rõ*
ibi nõ eẽ calorẽ nimis excessiuũ. nã lz sol bis in
ãno trãseat ꝑ zenit capitis. tñ sol trãsit ĩ duob⁹
pũctis. s. in p̃ncipio arietis ⁊ ĩ p̃ncipio libre ⁊ ĩ
oib⁹ aliĩs tꝑib⁹ decliñat ad aliquã partẽ ⁊ nõ trã
situs solis ꝑ zenit nõ arguit in hitationẽ plage.
Tertia ꝑsuasio est qꝛ planete frigefactiui ⁊ hu *Tertia ratio.*
mefactiui. s. saturn⁹ mercuri⁹ ⁊ luna maxie vi-
gẽt ĩ illa plaga ita ꝙ sꝑ de directo aspiciũt illã
plagã: ergo sufficiẽter obtẽperãt calorem solis
Quarta ꝑsuasio: qꝛ inter equinoctialẽ ⁊ tropi- *Quarta ratio.*
cum est terra habitabilis ꝫ a fortiori sub eq̃no
ctiali ↄña tz. qꝛ ĩter equinoctialẽ ⁊ tropicum sol
trãsit per zenit capitis ⁊ diu moratur super ho-
rizontem ꝫ a fortiori ibidẽ debet esse terra ĩha-
bitabilis ꝙ̃ sub equinoctiali cuz sub equinoctia
li non diu maneat sol. añs pz per Alphraganũ
ponentem primum clima ⁊ medietatem secũdi
esse vltra tropicum scz inter tropicum ⁊ equino
ctialem. ¶ Sed tũc ad rationẽ alterius opinio
nis respondetur dicendo ꝙ bene stat ꝙ alicubi
inter nos ⁊ equinoctialem sit terra inhabitabi-
lis per nimiũ calorem ⁊ tñ sub equinoctiali esse
habitabilem ⁊ temperatã regionem ratio est qꝛ
iuxta tropicum sol qñq̧ peruenit ad zenit capi-
tis ⁊ illo tunc est ibidem dies lõgissima ⁊ sic sol
valde diu moratur super orizõtem ⁊ perpendi-
cularit̃ radiat quare tm̃ calefacit ꝙ frigiditas
nihil potest eo ꝙ talis nox est breuis. sed sub eq̃
noctiali non tantũ diu sol moratur super orizõ-
tem sed precise per. 12. horas. ¶ Tamen illarũ
opinionum nulla est demonstrabilis sed ꝙ̃tũ ẽ
ex hĩs q̃ pñt cõcludi ex dictis antiquoꝝ astro-
logoꝝ lz ibi sit regio tẽperata tñ ibi nõ habitãt
aliqui homines. ⁊ hoc ponit expresse Albathe-
ni ĩ suo tractatu de motu syderuz. ¶ Quantũ *Terti⁹ articul⁹.*
ad tertium notãdum est ꝙ lz multis modis ter
ra possit fieri inhabitabilis. s. vel ꝓpter aquas
vel ꝓpter montes/tamen hic intelligitur de ha
bitatione terre ratiõe temperamenti in qualita
tibus primis cõuenientib⁹ complexioni huma
ne. ⁊ dr̃ temperamentũ regionis alicuius cõue
niens ↄplexiõi humane qñ in illa regiõe homo

pōt viuere ĩ bona dispositiōe ꝓpter tp̄s debitũ
Pri͠a cō clusio. cōplexioni humane vel satis prope. ¶ Tũc sit
hec prima ꝯclusio ꝙ solũ vna quartarũ septen=
trionaliũ ē habitabilis itelligēdo de habitatiōe
terre que pōt reperiri ab astrologis. ꝓbaꝛ ꝯclo
primo auctoritate Ptholomei prima dictione
almagesti capitulo prīo. Scđo sic rōe qꝛ si ali=
qua eēt habitabilis vel esset illa que est sub eq̇=
noctiali ⁊ hoc nō: qꝛ ibi nulli hoīes habitant vt
dicunt astrologi. vel illa que est supposita zone
celi inter tropicũ capricorni et circulũ antarcti
cũ ⁊ hoc nō vt ꝓbatũ est in primo articulo. nec
quarte supposite zonis q̄ sũt inter polos et cir=
culos polares pꝫ qꝛ in illis viget nimia frigidi
tas ꝓpter nimiā distantiā a sole ⁊ sic relinqꝛ ꝙ
solũ illa quarta que est supposita zone celi inter
tropicum cancri et circulũ arcticũ est habitabi
Scđa cō clusio lis. ¶ Sđa cōclusio nō totalis illa quarta est
habitabilis. ꝯclo pꝫ ꝑ Albatheni in tractatu de
motu syderũ vbi ponit ꝙ solũ duodecima pars
Ad rōes q̄stiōis terre est habitabilis: mō illa quarta est plus q̄
duodecia ꝑs illius. ¶ Ad pmā rōeꝫ negaꝛ hoc
ad ꝓbationē ꝑ Ouidiũ ⁊ alios. dicunt quidā ꝙ
magis est credendũ astrologis q̄ circa hoc ma=
gis laborauerũt q̄ Aristoteles ⁊ Ouidius. Ad
secundā negaꝛ hoc imo dictũ ē in pmo articulo
ꝙ sol in hyeme illiꝰ regionis nimis distat a ter=
ra qꝛ est ĩ auge sui eccētrici: ⁊ in estate est nimis
ꝓpinquus qꝛ est in opposito augis. Ad tertiam
sũt aliq̄ ptes ⁊c. hoc potest negari. ⁊ cũ probaꝛ
ꝑ hali abēragel ⁊c. dꝛ ꝙ ipse nō ponebat asserti
ue sed solũ loq̄batur ad ymaginationē ac si ali=
qui tales essent. Ad quartā dꝛ ꝙ bene probat ꝙ
nulla quarta totaliꝰ est habitabilis ⁊ hoc ē ꝑ se
cunda ꝯclusiōe. Ad quintā negaꝛ hoc: ad proba
tionē qꝛ sicut dum habemꝰ equinoctiũ ⁊c. diciꝛ
ꝙ nō est simile. qꝛ dum habemꝰ equinoctiũꝫ sol
nō trāsit ad zenit capitis nostri: sed ibidē trāsit
vsqꝫ ad zenit capitis eoꝝ. Ad vltimā negaꝛ an=
tecedēs ad ꝓbationē diciꝛ ꝙ nō est simile qꝛ sol
nimis distat a quarta que est inter polum et cir=
culum arcticum. Et hec de questione.

## Capitulum quartum de circulis eccē tricis et epiciclis planetaꝝ. de proprijs motibus tam eorũ q̄ octaue sphere: ac etiam none. ⁊ de causis eclipsiũ luminariumꝫ aliorum planetarum. habet tres partes. prima est de circulis eccentricis et epiciclis planetarum.

Motu primi mobilis diffusius
pertractato de proprijs moti=
bus inferiorum spherarũ iam
speculandum est. in quo a cir=
culis planetarũ exordiri oportet. Sphe
Orbes sphere solis ra igitur solis in tres orbes sibi cōtigu=
os tota diuisa est. quorum duo extremi
(qui deferentes augem eccentrici dicũ
tur) orbes difformes sunt: secũdũ quid
tamen mũdo cōcentrici. verum semper
subtilior pars superioris est supra crassi=
orem inferioris et econtra. Tertius au=
tem orbis in horum medio locatus or=
bis vniformis est: mundo tamen simpli
citer eccentricꝰ. Huic tamen corpus so= Orbes triũ supe
lare infixũ est: et deferens solem vel ec= rioꝝ pla
centricus solis appellatur. Similiter et netarũ ⁊
trium superiorũ planetarum atqꝫ vene= veneris
ris sphere singule ex tribꝰ orbibus sicut
sphera solis integrātur. In orbe tamen
medio (qui eccentricus simpliciter est)
quilibet eorũ spherulā (que dicitur epi=
ciclus) imersam habet. in cuius epicicli
vna extremitate corpus illiꝰ planete fi=
xũ est. Sed sphera lune quattuor orbes Orbes
habet. tres quidē cum epiciclo sicut alii sphere lu
planete. super hos autē orbem aliũ mũ ne.
do simpliciter cōcentricum (qui deferēs
caput drachonis nũcupatur) et tres pre Orbes
dictos ambientem gerit. In mercurio sphere
autem quinqꝫ orbes cũ epiciclo assignā mercurij
tur. duo quidē extremi similes duobus
extremis sphere solis. et hii deferentes
augem equantis dicuntur. intra quos
etiam sunt alii duo similiter difformis
crassitudinis: et corpulētie: et eodē mo=
do adinuicem se habentes qui deferen
tes augem eccentrici nominantur. ho=
rum autem medius ponitur eccētricus
orbis cum suo epiciclo.



¶ Istud est capitulū quartum ⁊ vltimū in quo principaliter agitur de motibus inferiorū sphe rarū et de causis eclipsiū habet tres partes. pri ma est de orbibus eccentricis et epiciclis septē planetarum. Secūda que incipit ibi. mouentur autē. est de ꝓpriis motibus septē planetarum ⁊ octaue sphere ac etiā none. Tertia q̄ incipit ibi. ex hiis igitur est de causis eclipsiū Prima pars habet quattuor particulas. prima est de orbibꝰ sphere solis. Secūda ibi. similiter. est de orbibꝰ aliarū quattuor spherarū scʒ triū superiorꝝ pla netarū et veneris. Tertia ibi. sed sphera. est de orbibus sphere lune. Quarta ibi. in mercurio. est de orbibus sphere mercurii. ¶ Sphera igit̄ solis scd̄m astrologos sic dicit̄ esse facta: q2 to ta eiꝰ corpulētia aut crassitudo ex tribꝰ orbibus sibi inuicē sup positis et cōtiguis integratur. si cut si corpus aliquod rotūdū ⁊ cō cauū ex tribꝰ pellibus aut tunicis esset cōfectū velut est cepe si concauū esset. Est tñ d̄ra ī figura istorꝝ trium orbiū sphere solis: q2 duo extremi scʒ supremꝰ et infimꝰ sunt orbes difformes ⁊ inequalis cras situdinis in oībus partibus. nā quilibet ipsorū in parte est spissior in parte vero subtilior vt ptʒ ex diffinitiōe orbis difformis supra capitło pri mo posita. Habent se tamē hii duo orbes extre mi taliter adinuicē ꝙ sēper latior pars vnius est in directo subtilioris partis alterius et ecōtra. hii aūt duo orbes scd̄ʒ quid id ē q̄tū ad aliquā sup̄ficiē mūdo cōcentrici sunt id est centrū eorꝝ est centrū totius mūdi scʒ quantū ad superficiē cōuexā supremi ⁊ cōcauā infimi. Unde cū tota sphera solis ad has duas sup̄ficies terminetur scd̄m se totam est mūdo cōcentrica licet alique partes eius sint eccētrice. Sed quātū ad alias duas sup̄ficies scʒ cōcauā supremi orbis et con uexā infimi hii duo orbes sunt eccentrici mun do id est habētes aliud cētrū extra cētrū mūdi: et ideo sunt eccentrici scd̄m quid. Uocātur aūt predicti duo orbes ab astrologis deferētes au geni id ē eleuationē eccētrici id est orbis medii q̄ ꝓpter difformē crassitudinē duorꝝ extremorū nō potest esse mūdo cōcentricus sed eleuatur et fit eccētricus. ideo primi duo orbes q2 causāt ec centricitatē alterius dicūtur deferētes augem eccētrici. Sed orbis medius qui simpliciter id est quātū ad vtrāq₃ suā sup̄ficiē est mūdo eccen tricus orbis vniformis est et equalis crassitudi nis in oībus suis partibꝰ: licet eī due eiꝰ superfi cies scʒ cōcaua ⁊ cōuexa sint mundo eccētrice: sibiipsis tamē cōcentrice sunt ⁊ sic orbē vnifor mē cōtinēt. In hoc aūt orbe medio corpus sola re qđ sphericū est imersum et infixū manet: tali ter ꝙ corpus solis adequat corpulētiā et crassi tudinē eius ex neutra videlʒ superficie huiꝰ or bis excedens et versus nullā partē orbis sup̄e minens. habet em̄ se sol in hoc orbe sicut nodus in aliquo ligno quia sicut phūs dicit in p̄io me theororꝝ: stella est pars densior sui orbis. Et or bis iste medius eccētricus solis vel deferēs so lē appellat̄: q2 ad motū eius sol sibi infixus mo uetur et defertur. ¶ Tex. Similiter. Secunda particula de orbibus aliarū quattuor spherarū scʒ triū superiorum planetarū: saturni/iouis/ ⁊ martis: et etiā veneris qui est vnus de inferio ribus planetis, et dispositio cuiuslʒ sphere horꝝ planetarū hec est. hʒ em̄ tres orbes codē modo ordinatos/figuratos/ et noiatos: sicut sphera solis: sed tñ vltra hoc in orbe medio qui eccen tricus vel deferēs planete d̄r q̄lʒ harꝝ spherarū habet epiciclū q̄ est vna parua sphera orbi ecce trico īmersa sicut de corpore solis dictū est. in hoc autē epiciclo corpꝰ planete fixū est non q̄dē in centro epicicli sed versus sup̄ficiē eius taliter ꝙ nō exit superficiē. epiciclus autē in sua cōca uitate ꝓpriū motū hʒ ⁊ planetā secū defert. sol tñ in sua cōcauitate nō mouetur. ¶ Tex. Sed sphera lune. Tertia particula de orbibꝰ sphere lune. ⁊ hec sphera ꝓpter orbes in predictis sphe ris assignatos quos eodem modo dispositos/fi guratos et noiatos hʒ sicut alie sphere: orbem aliū mundo simpliciter. i. scd̄m vtrāq₃ sup̄ficiē concentricū hʒ qui oēs alios tres ambit. et hic orbis vniformis est. et vocatur deferens caput drachonis q2 ad motū huius variatur caput et cauda drachonis vt postea videbitur. ¶ Tex. In mercurio. Quarta p̄ticula de orbibus sphe re mercurii: q2 scd̄ʒ astrologos sphera mercurii d̄r habere q̄nq₃ orbes cū epiciclo. duo quidē ex tremi scʒ supremus et infimus scd̄m quid mū do cōcentrici sunt scʒ quo ad sup̄ficiē conuexā superioris ⁊ cōcauā iferioris quo ad alias aūt duas sup̄ficies sunt mundo eccentrici sēp̄ tñ ad inuicē taliter se habēt ꝙ spissior pars vnius est in directo subtilioris partis alterius et ecōtra: et vocātur orbes deferentes augem id est eleua tionē equantis. quid aūt sit equans paulo post apparebit. Intra hos autē sūt alii duo orbes si militer difformes tñ simpliciter eccētrici id est q̄tū ad oēs suas sup̄ficies: et latior pars vnius semp̄ est cū subtiliore alterius et ecōtra. hii aūt duo orbes deferentes augē/ id est eleuationem eccētrici vocātur q2 orbis eccētricus mercurii intra hos duos locatus ꝓpter diuersā horꝝ di spositionē eleuatur ⁊ centrū eiꝰ a centro mundi distat. in hoc autē orbe eccētrico est epiciclus: ⁊ in hoc epiciclo corpus mercurii vt in superiori bus dictū est. ¶ Circa istā primā partē dubita tur quō cognite sunt horꝝ orbiū planetarum di uersitates. vtrū lue naturali seclusa omni re uelatione hoc potuerit sciri. Dicendū ꝙ ad sal uandū diuersitates q̄ in motibus planetarū ap parēt: rō naturalis coegit orbes eccentricos et epiciclos ponere. Ubi notādū est ꝙ quedā sunt diuersitates q̄ coiter apparēt in oībus planetis sicut motus ab occidēte in orientem. et ꝙ quilʒ planeta citius vnū signū zodiaci q̄ aliud p̄tran sit cū tñ oīa signa sint equalia ⁊ motus planeta rū sint regulares. in hoc em̄ d̄rnt motus grauiū et leuiū a motibus celorꝝ vt Aristoteles dicit ī duodecimo metaphisice: et in scd̄o celi: quia illi q̄nq₃ velociores q̄nq₃ tardiores sunt hii vero sp̄ vniformes. Alie autē diuersitates apparēt spe cialiter in quibusdā planetis et nō in aliis sicut deuiationes ab ecliptica linea apparēt ī sex pla netis nō autē in sole. Item directiōes et retro gradationes nō apparēt in sole et luna: sʒ solū in aliis quinq₃. Et intersectiones eccētricorꝝ cū ecliptica in oībus planetis p̄terquā in sole ap parēt. sed in quinq₃ planetis ille intersectiones fixe videtur in luna autē sensibiliter apparēt vt ex eclipsibus ē manifestū. Item auges eccētri

Optima questio.

Solutio

Quot di uersita tes appa rēt ī mo tibꝰ pla netarum

coꝝ planetarū ⁊ oībus semper eodē mō distant a centro terre p̄terq̄ in mercurio cuiꝰ eccētricꝰ qn̄q̄ magis qn̄q̄ minus eleuaẗ supra cētrū t̄re. ¶ Ad saluādū igiẗ primā diuersitatē oēs phi ꝯcordant ꝙ opʒ ponere alios polos p̄ter polos motꝰ primi mobilis ⁊ aliū circulū p̄ter equinoctialē ꝑ quē fiat motꝰ spherarū inferioꝝ ab occidēte in oriētē. nā super eosdē polos ⁊ ꝑ eundeʒ circulū incōpossibiles fuissent eidē corpori motꝰ ab oriente ⁊ motꝰ ad orientē. posita auteʒ diuersitate polorū ⁊ circuloꝝ illi motꝰ sunt sibi ꝯpossibiles. ⁊ hoc in sphera materiali quā iohānes de mōte regio docet cōficere clare videri potest. qm̄ in eodē istrumēto poniẗ octaua vel nona sphera intra primū mobile. sed axis equinoctialis non ponitur in illa sphera sicut coīter solet fieri in alijs sed ponitur axis zodiaci ⁊ in eo figiẗ spherula terre cuiꝰ axis zodiaci due extremitates adherēt polẗ zodiaci primi mobilis: et circa illos polos ⁊ axem reuoluitur sphera interior. De axe aūt equinoctiali solū ponūẗ due extremitates q̄ sunt duo circuli parui in polis eq̄noctialis primi mobilis suꝑ quos p̄mū mobile reuoluiẗ. in clauiculo aūt australi poniẗ manubriū ligneū instrumenti. In tali igiẗ sphera materiali apparet ꝙ sphera interior siẗ ab oriēte in occidentē ⁊ ab occidēte in oriētē moueẗ scʒ suꝑ diuersos polos ⁊ axes ⁊ ꝑ diuersos circulos. et sicut intelligimus de octaua vel nona sphera in illo instrumento posita intra primū mobile/sic intelligere poterimꝰ de oībus spheris planetaꝝ in qualʒ em̄ earū ponimus polos eq̄noctialis ⁊ polos zodiaci ⁊ oēs circulos sphere materialis vt supra diximꝰ in capitulo scd̄o. ¶ Ad saluādū aūt secūdā diuersitatē cur scʒ idē planeta citius vnū signū q̄ȝ aliud ꝑtranseat: fuerunt multe opiniones hoīm. pictagoras em̄ ⁊ multi antiquoꝝ eccentricos orbes ⁊ epiciclos licet forte non tales quales diximus ponebant in spheris planetarū. Astrologi vero q̄ fuerunt tꝑe aristotelis scʒ calippꝰ ⁊ odosius et multi alij post ipsos putantes positionem eccentricoꝝ ⁊ epiciclorū esse ipossibilē scd̄m naturā( qꝛ scʒ vel oporteret dari rarū. et dēsū/aut rupturā/ aut penetrationē dimēsionū in celestibꝰ: q̄ oīa scd̄m phiam sūt ipossibilia. astrologia aūt cū phice subalternetur si vera est nichil repugnans principijs naturalibus debet asserere) ideo aliter senserūt circa hoc dicētes scʒ ꝙ eadē sphera alicuius planete ex pluribus orbibus cōponiẗ: oēs tn̄ illi sunt vniformis spissitudinis scd̄m oēs suas partes ⁊ concentrici mundo. vnde aristoteles refert ꝙ calippꝰ in septē spheris planetarū. 55. orbes posuit. odosius vero. 49. Post hos aūt omnes superuenit Ptholemeꝰ egyptiꝰ q̄ videns hoꝝ positionem nō plene saluare apparentias in motibꝰ planetarū per orbes illos concentricos. videns etiā ꝙ positio pictagore si recte inspiciaẗ nulluʒ p̄dictoꝝ impossibiliū iplicat/⁊ cū paucioribꝰ orbibus oīa saluat/⁊ diuersitates motuū planetarum meliꝰ ⁊ probabilius per eccentricos orbes ⁊ epiciclos q̄ȝ ꝑ orbes oīno ꝯcentricos saluāẗ: ideo predictā pictagore positionem iterū approbauit/declarauit ⁊ ꝯfirmauit. per hoc em̄ ꝙ ille orbis medius in quo planeta deferẗ est eccētricus in parte ꝓpinquior: in parte vero a terra remotior: sequitur ꝙ stante equalitate signoꝝ ⁊ regularitate motuū planetaꝝ idē planeta citiꝰ vnū signū zodiaci q̄ȝ aliud debet ꝑtransire. protractis ei quotidie lineis rectis a cētro mūdi vsq̄ȝ ad cētrū solis lʒ sol ī sua sphe in tꝑibus equalibꝰ equalia spacia ꝑtrāseat: tn̄ ꝓpter inequalē eiꝰ a cētro mundi distantiā inequales fiunt āguli dictarum linearū suꝑ centro mundi eadē em̄ vel eq̄lis basis vt geometre ⁊ perspectiui dicunt maiorē āgulū de ꝓpe q̄ȝ de longe facit. vnde ⁊ ꝓpinquiora maiora videnẗ qꝛ scʒ maior est angulꝰ piramidis radiose in oculo a breuiori spacio q̄ȝ a longiori. si igitur dicte linee iequales āgulos suꝑ cētro mūdi faciētes vsq̄ȝ ad zodiacum circuluʒ( qui mundo concentricꝰ est) extendantur: inequales eius arcꝰ intercipiēt eodem etiā modo in alijs planetis intelligere opʒ si predicte linee a centro mundi vsq̄ȝ ad centruʒ epicicli ꝓtrahantur. Sic igitur patet ꝙ admissa predictorum orbiū eccentricoꝝ positiōe in planetis necessario concluditur illa diuersitas secūda que apparet ī motibꝰ illoꝝ sed hos orbes negantibus difficile est predictā diuersitatē saluare stantibus suppositionibus predictis. Ad hoc autem vt in sphera cuiuslibet planete aliquis orbis sit eccentricus simpliciter ⁊ ꝙ nullum predictorum impossibilium naturaliter sequatur. necesse est ꝙ in predicta sphera sint alij duo orbes ipsum ambientes difformis crassitudinis et eccentrici secūdū quid. orbis vero medius sit vniformis et eccentricus simpliciter. vnde patet ꝙ Auerrois ꝯmētator voluit iuehere in Ptholemeum magis q̄ȝ veritatem dicere cum ipse negauerit hos circulos et tn̄ nullū modū saluandi apparentias potuit inuenire.



De ettis.

¶ Ad saluandum autem deuiationem sex planetarū a linea ecliptica oportet ponere polos suoꝝ eccētricoꝝ orbium aliquantulum distantes in vtranq̄ȝ partem a polis zodiaci ⁊ axes eoꝝ axem zodiaci secantes in sole autem quia non deuiat ab eclyptica hoc nō oportuit ponere.

De q̄rta

¶ Ad saluandū autem directiones ⁊ retrogradationes quinq̄ȝ planetarū ⁊ velocitateʒ ⁊ tarditatem lune(que sub eodem signo qualibet vice non equaliter durat: sed citius vna vice ipsum q̄ȝ alia pertrāsit) oportuit ponere aliquod corpus paruum rotundum in eccentrico orbe quod diciẗ epiciclꝰ in quo planeta sub vno signo integram reuolutionem posset facere ⁊ modo contra orientem/ modo contra occidentem moueretur: ⁊ aliquando in maiori tempore: aliquando in minori: idem planeta: idem signū pertransiret. sed epiciclis negatis difficile est predictas varietates saluare. Epicicli etiam eo modo quo ponuntur orbibꝰ eccentricis immersi nullum impossibile naturaliter implicant.

De q̄nta

¶ Ad saluādum autem illam notabilem motionem insectionum vie lune cuʒ

ecliptica linea que in alijs planetis fixe videtur
manere: oportuit in sphera lune aliquem alium
orbē a p̄dictis tribus ponere ad cuiꝰ motū pre-
dicta variatio ꝯtingat ꝙ in alijs planetis nō oꝫ
de sexta. ¶ Sed qꝛ aux eccētrici mercurij non ſēꝑ equa
liter diſtat a centro mundi ſꝫ aliqñ ꝓpinquior: a-
liqñ remotior ab eo inuenta eſt: ideo ad hoc ſal-
uandū p̄ter duos extremos orbes ſphere mer-
curij oportuit alios duos ſilr difformes ⁊ orbē
eccētricū ambiētes intra duos primos colloca-
re. ꝓpter quoꝝ motū centrū eccētrici orbis nūc
magis nūc minus diſtet a cētro mūdi: et orbis
ipſe eccētricus magis ⁊ minꝰ eleuaꝛ in ſua ſphe
ra prout nunc partes latiores duoꝝ orbiū ſecū-
doꝝ iunguntur partibus latioribus duoꝝ p̄ mo
rū nunc vero ſubtilioribus vt ſatis plane demō
ſtrat Purbachiꝰ in ſuis theoricis. Multe alie
diuerſitates p̄ter has in planetis appꝫent: ad q̄s
ſaluandas aſtrologi q̄dā alia ymaginanꝛ q̄ nūc
cauſa breuitatis omittimꝰ ⁊ ad theoricas pur-
bachij quas in additionibus huiꝰ quarti capitu
li inſequimur nos remittimus. Sic igitur patꝫ
ex p̄dictis ꝙ viri ꝑſpicaces ingenio quales fue
rūt Ptholemeꝰ/ Thebit/ Alphraganꝰ/ Alphō
ſus/ Purbachius/ Johannes de monte regio:
⁊ plerīqꝫ alij nulla facta reuelatione: ſed ſolo lu
mine naturali p̄dicta oīa cognouerūt.

¶ Reuerēdiſſimi domini Petri de Aliaco
Queſtio prima.



Ueritur p̄mo circa quartū capitu-
lū vtrū ad ſaluādū appꝫētias in mo
tibꝰ planetaꝝ oꝑteat ponere eccētri
cos circulos ⁊ epiciclos. Et argui
tur prio ꝙ nō: qꝛ ſi ſic ſeq̄reꝛ ꝙ celi
⁊ mūdi eſſent diuerſa cētra ꝯñā tenet. qꝛ tales
eccētrici haberēt alia cētra a cētro mūdi: ſꝫ ꝯñs
eſt falſū: ⁊ ꝓbaꝛ falſitas. qꝛ ſi celi ⁊ mūdi eſſent
plura cētra ſeq̄reꝛ ꝙ grauia naturalia nō poſſēt
naturaliter moueri: ꝯñs eſt falſū ⁊ pꝫ ꝯña: quia
ens naturale non diciꝛ moueri naturaliter/ niſi
moueaꝛ ad ſuū locū naturalē tāq̄ ad terminuꝫ
ad quē mō naturalia grauia haberent duo loca
naturalia eo ꝙ quodlꝫ cētrū eſſet locus natura-
lis grauiū: ꝰ mouerenꝛ ad duo loca qḋ eſt ipoſ
ſibile vel ad neutrū ⁊ ſic habereꝛ intentū. Secū
do ſic qꝛ ſi eſſent ponendi eccētrici ſequeretur ꝙ
non eſſet terra in medio mūdi. ꝯñs eſt ꝯtra au-
ctorē: ꝓbaꝛ ꝯña: qꝛ terra nō eſſet i medio ſphe-
re celi igitur. Tertio ſic. ſi eſſent ponendi eccen-
trici ſequereꝛ ꝙ vel in celo fieret rarefactio: vel
condēſatio/ aut vacuū/ aut penetratio dimēſio-
nū: ꝯñs eſt falſum. p̄mo ꝗtū eſt de rarefactiōe
⁊ cōdenſatione ꝑ Ariſtotelē ſcḋo celi ⁊ de alijs
ꝑ eundē quarto phiycoꝝ. ſꝫ pꝫ ꝯña ſupponendo
ꝙ eccētricoꝝ alique ꝑtes ſunt ſpiſſiores: alique
ſtrictiores. vltra ſupponiꝛ ꝙ tales eccentrici di
uerſis motibus mouenꝛ. Tunc arguitur ſic: da
ſignata parte ſpiſſa alicuius eccētrici tunc talis
pars aliquando peruenit ad locum vbi eſt pars
ſtricta et econtra. et tunc queritur quid replebit
locū vbi prius erat illa pars ſpiſſa: vel ergo re-
manebit vacuum ⁊ habetur vnum de illatis. et
etiam queriꝛ vbi recipietur illa pars ſpiſſa noñ
in illo loco vbi erat pars ſtricta: quia tunc ibidē
eſſet penetratio dimenſionum vel condenſatio:
⁊ habetur totum ꝯſequēs illatum. Quarto ſic.

quia ſi ſic ſequereꝛ ꝙ planete aliquando aſcen-
derent ⁊ poſtea deſcenderent ꝯñs eſt falſum. qꝛ
tunc idem deberenꝛ plures motus ſimplices ſe
cundū naturā eiꝰ propriam. ſed probaꝛ conſeq̄n
tia. qꝛ dum planeta moueꝛ in eccentrico ab au-
ge ad oppoſitum augis tunc deſcenderet. qꝛ ap-
propinquaret ad centrum undi. et dum econtra
aſcenderet. quia tunc elongaretur a centro mun
di. Quinto ſic ⁊ ſpecialiter de epiciclis quia lu-
na non habet epiciclum: ergo non eſt neceſſe et
cetera: antecedens probaꝛ. quia ſi ſic ſequeretur
ꝙ ymago q̄ apparet in luna aliquando deberet
apparere euerſa. conſequens eſt falſuꝫ et contra
experientiam: ſed probaꝛ conſequentia ⁊ ponaꝛ
ꝙ illa ymago habeat modo pedes in oppoſito
augis epicicli. ſcꝫ verſus terrā tunc per motum
illius epicicli talis pars veniet aliquādo ad au-
gem epicicli ⁊ ſic eſſent euerſi quod eſt propoſi-
tum. Sexto ſic. quia omnia poſſunt ſaluari ſine
poſitione huiuſmodi eccentricorum ⁊ epicicloꝝ
ergo fruſtra ponerenꝛ. conſequentia eſt nota. an
tecedēs patet ꝑ Eudoxium ⁊ Calippū qui fue
runt cōtemporanei Ariſtotelis quos allegat cō
mentator duodecimo methaphiſice pro ſua opi
nione. Et confirmaꝛ auctoritate commentato-
ris in ſecundo celi vbi ponit in pluribus cōmen
tis ꝙ opinio mathematicorum de eccentricis ⁊
epiciclis eſt impoſſibilis. ¶ In oppoſitum ar-
guiꝛ per auctorem in principio capituli quarti ⁊
ꝑ Ptholemeum in almageſto: et ꝑ omnes aſtro
logos. In queſtione erūt duo articuli in primo
declarabunꝛ termini. in ſecundo narrabunꝛ que
dam opiniones ⁊ ſoluetur queſtio ſcḋm cōmu-
nes aſtrologos. ¶ Quantum ad primum no- Primꝰ
tandum eſt ꝙ aſtrologi aliquos orbes poſuerūt articulꝰ
eccentricos. vnde orbis concentricus dicitur or Orbis
bis ſub vtraqꝫ eius ſuꝑficie cōtinens centrum concen-
mundi et habens eius centrum cum centro mū tricus
di. iſto modo primum mobile eſt orbis concen-
tricus: et generaliter quilibet orbis totalis eſt
concentricus. et ibi capitur orbis totalis pro ag
gregato ex omnibus partibus requiſitis ad ſal
uandum motum totalem vnius planete: eodeꝫ
modo ſcꝫ quo ponunꝛ noueꝫ ſphere. Sed orbis
eccentricus dicitur orbis ſub vtraqꝫ eius ſuper
ficie continens centrū mundi habens tamen cē
trum ſuum extra cētrum mundi. Et duplex eſt Orbis
talis eccentricus: nam quidā eſt eccentricꝰ ſim eccētric
pliciter: alter vero ſcḋm quid. vnde orbis eccen
tricus ſimpliciter dicitur ille orbis cuius cētrū
quo ad vtrāqꝫ ſuperficiem tam concauam q̄ cō
uexam eſt extra centrū mūdi. Sed eccentricus
ſcḋm quid dicitur ille orbis qui quantū ad vnā
ſuꝑficiem habet ſuum centrum cum centro mū
di: ⁊ ꝗtū ad aliam ſuꝑficiem extra centrū mū-
di. Et talis eſt duplex: quia quidam eſt concen-
tricus ꝗtum ad ſuperficiem concauam ⁊ eccen
tricus quantum ad conuexam alijs econuerſo.
¶ Secūdo notandum eſt ꝙ eccentrici ſcḋꝫ qd
ſcilicet quantum ad vnā ſuꝑficiem ſunt ſpiſſio-
res in vna parte ⁊ ſtrictiores in alia. ⁊ eccentri-
cus ſimpliciter ſcꝫ quo ad vtrāqꝫ ſuperficieꝫ vꝫ
qui inter illos mediat: eſt regularis ſpiſſitudi-
nis et dum iſti orbes mouentur ſemper pars ſtri
cta vnius eſt cū parte ſpiſſa alterius ⁊ econtra.
Et ꝑ hoc ſoluiꝛ rō ꝯmētatoris ſcꝫ de vacuo ⁊c.

¶ Tertio notandũ est q ad cuiuslibet planete motũ saluãdũ ymaginant astrologi in totali orbe illius planete tres orbes eccẽtricos. quorum duo sunt eccẽtrici scdm quid: scʒ quo ad vnã superficiẽ solũ scʒ vnus superior et alter inferior: superior est eccẽtricus quãtũ ad vnã superficiẽ solũ scʒ concauã/inferior est eccẽtricus quantũ ad conuexã solum: et inter illos duos mediat eccẽtricus simpliciter qui apud astrologos vocat orbis deferens: eo q defert corpus planete. ¶ Quarto notandũ est q in isto deferẽte astrologi ymaginantur quattuor puncta: quorũ vnũ vocatur aux et est pũctũ i illo deferẽte qd magis distat a cẽtro mũdi: scʒ qd ẽ iuxta ptẽ strictiorẽ supioris eccẽtrici. Et aliud pũctũ vocat oppositũ augis et ẽ illd pũctũ qd ppiquius est cẽtro mũdi scʒ iuxta partem spissiorem eccentrici supioris. Sʒ sũt alia duo pũcta equalit distantia ab illis duobus signatis scilicet ab auge et opposito augis et vocantur longitudines medie. Ex isto potest inferri q sol aliquãdo est ppinquior terre et aliquando remotior/scʒ propinquior dũ est in opposito augis et remotior dum est in auge. ¶ Quinto notandum est q epiciclus apud astrologos vocatur quidaʒ paruus circulus in superficie orbis deferentis existens non continens infra se centrum mundi et corpus planete ymaginatur esse in eo. Et iste epiciclus ponitur esse contiguus eccentrico deferenti et non continuus quia mouetur alio motu q̃ ad motum eccentrici deferentis. ¶ Sexto notandum est q in isto epiciclo ymaginantur quattuor puncta sicut in eccentrico vnuʒ vocatur aux epicicli. et est punctum in epiciclo magis remotuʒ seu distãs a centro mundi. aliud vocatur oppositũ augis epicicli scilicet illud punctum in epiciclo qd minus distat a centro mundi et sunt alia duo puncta equaliter distantia ab illis: et vocantur stationes. ¶ Pro quo notanduʒ est vlterius q in planetis seu in motibus eorum reperitur retrogradatio/statio/ et directio/scilicet q planeta aliquando est retrogradarius aliquando directus et aliquando stationarius. vnde planeta duʒ est in auge sui epicicli dicitur directus: et causa est quia illo tunc velocius mouetur sub orbe signoruʒ scilicet sub zodiaco propter hoc q mouetur ad motum epicicli et eccentrici deferentis simul. Sed duʒ planeta est in opposito augis sui epicicli est retrogradus ex eo q tunc tardius mouetur sub orbe signorum propterea q mouetur ad motum epicicli contra motum deferentis. Dum autem planeta est in aliqua stationum dicitur stationarius eo q tunc medio modo mouetur sub orbe signorum propter hoc q illo tũc ad motũ epicicli non mouetur contra motũ deferẽtis nec cum eo ita q non retardatur nec velocitatur ille motus. Et hec de primo articulo. Hec omnis possunt in superius posita figura euidenter et sufficienter videri siue percipi ab oibus eam intuentibus. ¶ Quantum ad secundum aduertendum est q illud dicitur esse ponẽdum ad saluandum apparentias in motibus planetarum per quod sine impossibili et absq hoc q sit contra philosophiam naturalem et cõmunes astrologos possunt saluari omnes apparentie in motibus planetaruʒ. hoc patet per Ptholemeum in tertia dictõe almagesti Et ibidem ponit tres modos qbus ymaginabile ẽ tales appẽtias posse saluari Primus ẽ ponendo planetã hẽre eccẽtricũ sine epiciclo. secũdus ẽ ponẽdo planetã habere epiciclũ sine eccẽtrico Tertius modus ẽ ponẽdo hẽre vtrũq̃ ¶ Scdo notandũ ẽ q fuerũt aliq̃ q̃ hmõi apẽtias voluerũt saluare sine eccẽtricis et sine epiciclis. scʒ p icurtatões orbiũ planetaꝝ isto mõ q ponebãt orbes planetarũ nõ moueri ab occidẽte i oriẽtẽ sʒ solũ ab oriẽte i occidẽtẽ motu diurno icurtãdo tñ sic q i die naturali nõ cpleret vnã diurnã reuolutionẽ cpletã sʒ modicũ retardãt et p hoc saluãt quõ planete sũt cõtinue sub alia et alia pte zodiaci. Sʒ breuit lʒ isti possẽt saluare aliquas appẽtias: nõ tñ possẽt saluare pricipales et difficiles ad saluãdũ sicut sũt maior appropiquatio sol ad cẽtrũ mũdi in vno tpe q̃ i alio et sicut sũt eclipses. ¶ Aliq aũt voluerũt oĩa saluare p motũ tre. vñ ponebãt q tra mouet appropiquãdo ad celum ex vna pte tre. Sʒ istd ẽ simplr ipossibile qr de duobus planetis psq eãdẽ ptẽ celi repit q vnus magis distat a tra q̃ añ faciebat: et alt ẽ ppiqor et i stellis fixis reperiret tal appropinquatio et elõgatio maior in vno tpe q̃ i alio qd tñ nõ ponunt astrologi nec aliq phi. ¶ Itẽ aliq sicut cmẽtator negauerunt simplr hmõi eccẽtricos et epiciclos dicentes ad hoc seq ipossibile. sʒ de mõ saluãdi apparẽtias nullũ dederũt modũ. ¶ Quartus modus saluandi appẽtias ẽ p eccẽtricos et epiciclos q̃ ẽ magis cõis. Pro cuius declaratione supponunt aliqua. Prio q celũ nõ ẽ cdẽpsãbile nec rarefactibile/ pʒ p phm scdo celi. et ex alio qr celũ nõ ẽ alterabile vt habet prio celi. q̃ añs notũ est in prio celi. Secũdo supponitur q nõ est possibilis penetratio demẽsionũ etc. nec vacuũ esse patet quarto phisicoꝝ. ¶ Tertio supponit q sol nõ mouetur i suo orbe sicut piscis i aqua: nec aliqs alter planeta pʒ p phm scdo celi. etc. qr tũc sol diuideret celũ sicut piscis diuidit aquã qd ẽ ctra phm in fine pmi celi. Quarto supponit q sol in vno tpe ẽ ppiquior tre et i alio remotior. pʒ qr sol remotior est a terra dũ est in fine geminoꝝ et propiquior duʒ est in fine sagittarij. hoc etiã patet qr stante equali serenitate aeris sol apparet maior in vno tempore q̃ in alio et cuʒ non ita sit realiter oportet q hoc sit propter hoc quod est aliquãdo propinquior terre et aliquãdo remotior.



epici
Ptholemeus
Prima opinio.
Reprobatio.
Secũda opinio
Reprobatio
Tertia opinio cmentatoris.
Quarta opinio.

Prima ꝯclo. ¶ Iſtis notatis ponuntur concluſiones. Pri=
ma eſt ꝙ ad ſaluandum apparētias in motu ſo=
lis non eſt neceſſe ponere eccentricum ſine epici
clo: nec eſt neceſſe ponere epiciclum ſine eccētri
co. concluſio patet: quia per vtrūqꝫ illoꝛum poſ
ſunt apparentie et ſaluari: ergo concluſio vera:
conſequentia eſt nota: antecedens patet expreſ=
ſe per Ptholemeum in dictione tertia almage=
Secūda ꝯcluſio ſti vbi ponit ꝙ ꝑ vtrūqꝫ poſſunt ſaluari. ¶ Se=
cunda concluſio ad ſaluandum apparentias in
motu ſolis opoꝛtet ponere eccentricum ſine epi
ciclo: vel epiciclum ſine eccentrico. patet conclu
ſio: quia ſol pꝛopinquioꝛ eſt terre in vno tempo
re ꝗ̄ in alio per vnam ſuppoſitionem: et hoc nō
poteſt ſaluari niſi ponendo eccentricum vel epi
ciclum in oꝛbe ſolis: ergo concluſio vera. maioꝛ
eſt vera per ſuppoſitionem: minoꝛ patet: quia il
lud non poſſet ſaluari per rarefactionem vel cō
denſationem oꝛbis ſolis per vnam ſuppoſitio=
nem: nec ponendo totalem oꝛbem ſolis appꝛo=
pinquare ad terram: quia tunc fieret vacuum ⁊
penetratio dimenſionum contra vnam ſuppoſi
tionem: nec poteſt ſaluari ponendo ſolem moue
ri in ſuo oꝛbe ſicut piſcis in aqua per aliam ſup
poſitionem: ergo neceſſe eſt ponere eccentricum
vel epiciclum. ſecundo patet concluſio per ine=
qualitatez motus ſolis ſub zodiaco. vnde ibi re
peritur maioꝛ inequalitas ꝗ̄ eſſet ex parte obli
quitatis zodiaci ſolum. tertio patet cōcluſio ex
parte eclipſis quia non quandocunqꝫ eſt dyame
tralis interpoſitio terre inter ſolem ⁊ lunam eſt
eclipſis lune: ⁊ hoc pꝛouenit ex eo ꝙ dum ſol ni
mis diſtat a terra eius vmbꝛa non poteſt perue=
nire vſqꝫ ad lunam. Sed dubiū eſt per quid me=
li⁹ poſſunt ſaluari apparentie in motu ſolis: vel
per eccentricum: vel per epiciclum. Ad quod re
ſpondetur ꝙ conuenientius eſt ponere ſolem ha
bere eccentricum ſine epiciclo. cauſa eſt: quia ſi
ſol haberet epiciclum opoꝛteret ꝙ ſol quandoqꝫ
eſſet retrogradus: quandoqꝫ directus: quando=
Tertia ꝯcluſio qꝫ ſtationarius quod nō ponitur ab aſtrologis.
¶ Tertia concluſio eſt ad ſaluandum apparen
tias in motu lune neceſſe eſt ponere lunaz habe
re eccentricum et epiciclum. patet concluſio pꝛi
mo de epiciclo. quia luna quandoqꝫ eſt retrogra
da et quandoqꝫ directa: quandoqꝫ ſtationaria:
modo iſta non poſſunt ſaluari per eccentricum.
quia ratione eccentrici nulla eſt retrogradatio.
ſed patet de eccentrico: quia luna quandoqꝫ eſt
pꝛopinquioꝛ terre ipſa exiſtente in oppoſito au=
gis epicicli quandoqꝫ remotioꝛ: et ideo per epici
clum ſolum non poſſet ſaluari illa apparentia.
vnde dum luna eſt in oppoſito augis epicicli: et
in oppoſito augis eccentrici tunc eſt pꝛopinqui
oꝛ terre ꝗ̄ poſſit eſſe: ⁊ dum eſt in auge epicicli ⁊
eccentrici tunc eſt remotioꝛ a terra ꝗ̄ poſſit eſſe
Item concluſio patet. quia luna quandoqꝫ de=
uiat ab ecliptica. et hoc eſt pꝛopter eccentricum
et epiciclum ſimul et ſicut dictum eſt de luna ita
dicendum eſt de aliis quinqꝫ planetis erraticis.
Ad rōes q̄ſtionis Et hec de articulo ſecundo. ¶ Ad rationes.
Ad pꝛimam dicitur ꝙ negatur conſequētia. qꝛ
illud vocatur ſolum centrum mūdi: quod eſt cē
trum totalis oꝛbis: et ad ipſum habent inclina=
tionem grauia naturaliter. Ad ſecundam nega=
tur conſequentia. ad pꝛobationem dicitur ꝙ eſt
in medio oꝛbis ſolis totalis: ſed bene concedi=
tur ꝙ non eſt in medio oꝛbis deferentis nec illō
requiritur. Ad tertiam negatur conſequentia.
vnde illa ratio ſupponit vnum falſuz ſcilicet ꝙ
tales eccentrici non mouētur vnifoꝛmiter ſic ꝙ
dū pars ſpiſſa vnius mouetur verſus vnam par
tem ps alterius eccētrici mouetur econtra. Ad
quartā dicit̄ ꝙ ꝯña nō valet: qꝛ non quodlz ad
terrā appꝛopiquare eſt deſcēdere niſi ſit i ſphera
generabiliū ⁊ coꝛruptibilium nec quodlibet elō
gare ſed ecōtra ⁊c. Ad quintā negat̄ antecedēs.
ad pꝛobationem dicitur ꝙ ꝯña non valet. vñ lu
na ad hoc ponitur moueri vno motu in ſuo epi=
ciclo per quem ſaluatur illa difficultas. Ad ſex=
tam negatur antecedens. ad pꝛobationem dici=
tur ꝙ non ſunt tenendi nec commētatoꝛ etiam
Et hec de queſtione.

¶ Secunda pars de pꝛopꝛiis motibus tā pla=
netarum ꝗ̄ octaue ſphere ac etiam none.

¶ Mouentur autem omnes ſphere inferioꝛes Mot⁹
(vt ſepe dictum eſt) pꝛimo quidem ab oꝛiente ꝑ mi mo
meridiem in occidentez ſuper polis equinoctia lis.
lis circuli a pꝛimo mobili circunducte qui mo= Motu
tus diurnus eſt. Deinde vero ab occidente per none
meridiem in oꝛientem ſuper polis zodiaci: no= ſphere
na ſphera (que ſecundum mobile dicitur) ſecum
octauam ſpheram ⁊ omnes oꝛbes deferētes au
ges eccentricoꝛum planetaruz pꝛeter ꝗ̄ lune ra
piens in. 49000. annis vna reuolutione cōple=
ta mouetur. percurritqꝫ in quibuſlibet ducentis
annis gradum vnum et fere. 28. minuta zodiaci
pꝛimi mobilis. ⁊ hic motus augium ⁊ ſtellaruz Motus
fixarum in tabulis nominatur. Sed octaua octaue.
ſphera pꝛeter hos duos motus alium habet ſi=
bi pꝛopꝛium. ⁊ fit ſuper pꝛincipia arietis et libꝛe
zodiaci none ſphere in quibuſdam paruis circu
lis per motum et reuolutionez capitum arietis
et libꝛe none ſphere deſcriptis. ita vt in quibuſli
bet. 7000. annis quilibet dictoꝛum punctoꝛum
octaue ſphere ſui circuli peripheriam deſcribat.
⁊ in quibuſlibet fere. 20. annis graduz vnū eiuſ
dem circuli pertranſeat. Hoc etiam motu omīs
oꝛbes deferentes auges eccentricoꝛum planeta
rum pꝛeterꝗ̄ lune rapiuntur. ⁊ hic motus trepi
datiōis vel acceſſus ⁊ receſſus octaue ſphere in
tabulis dicitur. Cum igitur totalis mot⁹ octa= Primū
ue ſphere triplicem motum partialem comple= coꝛrela=
ctatur: patet ꝙ ſtelle fixe quandoqꝫ directe / quā rium.
doqꝫ retrograde / quandoqꝫ ſtacionarie / nūc qui
dem veloces: nunc autem tarde apparebūt ſub Scdm
zodiaco pꝛimi mobilis. Atqꝫ pꝛopter deuiatio= coꝛrela=
nem capitum arietis ⁊ libꝛe octaue ſphere a pꝛi rium
cipiis arietis ⁊ libꝛe none in ſuis paruis circu=
lis equinoctia ſimiliter ⁊ ſolſticia variari cōtin
get. ita vt nunc in pꝛincipiis arietis ⁊ libꝛe can=
cri et capꝛicoꝛni pꝛimi mobilis / nunc ante / nunc
poſt / ſole exiſtente accidant.

¶ Secunda pars principalis de motibus pro-
priis nouem inferiorum spherarū habet qua-
tuor particulas. prima est de motibꝰ none ⁊ oc-
taue sphere. Secūda de motibus propriis septē
planetarū ibi. sphere vero. Tertia de ymagina
tione quorundā circulorum in spheris planeta
rum. ibi: ymaginatur tamen. Quarta est de di-
uersis planetarum proprietatibus ⁊ passionibꝰ
ibi: accidūt autem. Prima particula iterum di
uiditur. quia primo dicit de motu cōmuni om-
nibus spheris inferioribus. secūdo de motu ꝓ-
prio none sphere ibi. Deinde. tertio de motu ꝓ-
prio octaue ibi. Sed octaua. cōis motꝰ omniū
spherarum ⁊ orbium inferiorum est motus pri-
mi mobilis qui dr̄ motus diurnꝰ qr vt supradi
ctum est primū mobile omnes alias spheras se
cum impetu suo rapit ⁊ fit motus iste super po-
los equinoctialis circuli ab oriente ꝑ meridiem
in occidentem a quo iterum ꝑ angulū medie no
ctis fit recursus in orientē et hoc in spacio diei
naturalis scilz in. 24. horis ⁊ hoc sepius dictū
est. ¶ Tex. Deide vero. dicit de motu proprio
none sphere qui fit ab occidente ꝑ meridiem in
orientem a quo per angulū medie noctis reuer-
titur in occidentē ⁊ fit iste motus suꝑ polos zo-
diaci ꝑ lineam eclipticā regularissime ita vt ī q̇
buslibet ducentis annis principiū arietis zodia
ci none sphere gradū vnum ⁊. 28. minuta fere de
zodiaco primi mobilis pertranseat atq̧ hoc mo
do reuolutio integra in. 49000. annis cōpleta
esset. Hoc aūt motu rapitur simul octaua sphe-
ra ⁊ orbes deferentes auges eccentricorū pla-
netarum p̄terq̧ orbes sphere lune ⁊ duo secūdi
orbes sphere mercurij qm̄ illi vt infra appare-
bit alium motū habent. Iste aūt motꝰ ꝓprius
none sphere in tabulis Alphonsi motus augiū
⁊ stellarū fixarum noīatur quō aūt iste motꝰ et
etiam motus ꝓprius octaue sphere cogniti sūt
ab astrologis supra in capitulo p̄mo habūde di
ctum ē. ¶ Tex. Sz octaua. Dicit de ꝓprio mo
tu octaue sphere. ⁊ p̄mo ostēdit qualiter fiat. se
cūdo infert q̄dam correlaria ibi. Cū igitur. mo
tus ꝓprius. Igitur motꝰ octaue sphere non fit
suꝑ polos zodiaci aut equinoctialis nec directe
ad orientē vel ad occidētē. sz fit hoc modo quia
principia arietis et libre zodiaci octaue sphere
circū voluūtur circa principia arietis ⁊ libre zo
diaci none duos paruos circulos describendo
quorū centra sunt principia arietis ⁊ libre none
sphere quilz tm̄ dictoꝝ punctorū octaue sphere
circunferentiam sui ꝑui circuli in. 7000. annis
regulariter ꝑficit ⁊ in q̇buslz fere. 20. annis vnū
gradum talis circūferentie ꝑtransit. hoc etiam
motu rapiūtur oēs orbes deferētes auges ec-
centricoꝝ planetaꝝ ⁊ hic motus in tabulis Al-
phonsi motus accessus ⁊ recessus vel motꝰ tre-
pidationis octaue sphere noīatur. Vn̄ ꝑ hunc
motum ꝯtingit vt ecliptica zodiaci octaue sphe
re non semꝑ sit sub ecliptica zodiaci none sicut
ecliptica none semꝑ est sub ecliptica primi mobi
lis. qr qn̄ capita arietis ⁊ libre mouentur ī suis
paruis circulis versus septentrionē vel versus
austrum a capitibus arietis et libre none sphe-
re recedentia: tunc ecliptica octaue sphere inter
secabit eclipticam none sub capitibus cancri et
capricorni none sphere. qn̄ aūt capita arietis et
libre octaue sphere fuerint in contactibus par-
uorum circuloꝝ cū ecliptica none sphere: tunc
ecliptica octaue stabit directe sub ecliptica no-
ne nusq̄ ab ea declinans. Ad hunc aūt motum
plane capiendū opz spherā materialē conficere
qualem docuit iohannes de monte regio in qua
scz octaua sphera cōtineatur intra nonā taliter
ꝙ et adhereat nō ꝑ aliquā axem sed in p̄ncipiis
arietis ⁊ libre vbi sint duo parui circuli in quo-
rum centris capita arietis ⁊ libre none sphere fi
xa sint in circūferētiis ꝓ̄o capita arietis ⁊ libre
octaue que totaliter circūuoluantur vt cū ca-
put ariet; fuerit ī medietate sui ꝑui circuli septē
trionali ab ecliptica none: caput libre sit ꝓpor-
tionaliter motum immediate sui parui circuli
australi ⁊ ecōtra Poli aūt zodiaci octaue sphe
re mobiles relinquent̄ ita ꝙ non adhereant per
aliquem axem polis zodiaci none. ¶ Tex. Cū
igitur. Infert duo correlaria ad maiorē huius
motus expressionē. p̄mū ꝙ ꝓpter dictā motuū
pluralitatem in octaua sphera. sequitur ꝙ motꝰ
eius sub zodiaco primi mobilis nō semꝑ ad eā
dē partē vniuersi appareat. sz stelle fixe modo
directe/modo retrograde modo etiam stationa
rie videantur. nūc quidē tarde versus orientem
aut occidentē/nūc aūt veloces in motu suo. Si
cut eī in planetis totalis motus planete ex mo
tu orbis eccentrici ⁊ ex motu epicicli collectus
planetā directū retrogradū: ⁊ stationarium: ve
locem: ⁊ tardū: ī motu suo facit (Quis motꝰ ec
centrici semꝑ ad eandē ꝑtē ⁊ eādē velocitatē fi
at sil'r ⁊ motꝰ epicicli vt videbit̄) sic etiā motus
none sphere cū ꝓprio motu octaue stellas fixas
qn̄q̧ ad orientē qn̄q̧ ad occidētē qn̄q̧ aūt neu-
tro modo. i. stationarias qn̄q̧ veloces qn̄q̧ tar
das in motu suo facit apparere: Quis q̄lz istoꝝ
motuū ꝑ se ⁊ sꝑ ad eandē ꝑtem ⁊ simili veloci-
tate fiat. ¶ Tex. Atq̧ ꝓpter. Ponit scd̄z corre
lariū ꝙ. s. ꝑꝑ dictas circuitiones capitū arietis
⁊ libre octaue sphere in suis paruis circulis cō-
tingit ꝙ equinoctia ⁊ solstitia varientur. ita vt
non semper cum sol fuerit in principiis arietis
⁊ libre primi mobilis sint equinoctia. nec ī prīci
piis cancri ⁊ capricorni primi mobilis sint sol-
stitia. sed quandoq̧ ante quandoq̧ post quan-
doq̧ vero in eisdem. eo ꝙ propter deuiationes
ecliptice octaue sphere ab ecliptica none et pri-
mi mobilis: non semper tangit ecliptica octaue
sphere equinoctialem. primi mobilis in princi-
piis arietis ⁊ libre primi mobilis: sed qn̄q̧ ante
qn̄q̧ post. similiter ꝓpter easdem deuiatōes nō
semper pars ecliptice octaue sphere que est sub
principio cancri vel capricorni primi mobilis
maxime distat ab equinoctiali eiusdē primi mo
bilis sed qn̄q̧ aliqua pars precedens qn̄q̧ vero
aliqua subsequens. vnde cū sol semꝑ moueatur
sub ecliptica octaue sphere vt dictū est ⁊ adhuc
magis videbitur sequitur ꝙ non semper qn̄ sol
fuerit sub p̄dictis quattuor pūctis zodiaci p̄mi
mobilis contingent equinoctia aut sostitia: sed
qn̄q̧ ante qn̄q̧ post Ex hiis igitur duobꝰ cor-
relariis apparet que fuerit causa tante diuersi-
tatis inter astrologos circa motū octaue sphe-
re cum enim vt dictū est motus totalis octaue
sphere in zodiaco primi mobilis sit irregularis
(licz vterq̧ partialiū sit regularis) pz ꝙ tēpore

Instrumētū bonum ad hoc.

Correlarium.

rela

quorundam astrologorum stelle fixe erant directe ⁊ veloces cursu. ⁊ ideo tales dixerunt ꝙ stelle fixe mouebantur versus orientem semper in 66. annis gradu vno: sed tempore aliorũ astrologorum stelle fixe erant directe ⁊ tarde in motu suo ⁊ sic illi dixerunt ꝙ mouebãtur stelle sẽper versus orientem in centum ãnis gradu vno tempore autem aliorum stelle fixe erant retrograde ⁊ illi putauerunt ꝙ proprius motus stellarum fixarum esset contra occidentem. Si autem iste triplex motus octaue sphere negaretur difficille esset harum diuersitatum assignare rationem. sic igitur patet cum hec omnia per naturam sint possibilia ꝙ probabilius est ⁊ ad saluandum apparentia aptius ponere triplicẽ motum octaue sphere ⁊ ex consequenti decem spheras mobiles vt moderni subtiliter ymaginati sunt ꝙ̃ ponere solas nouem spheras mobiles. ⁊ duplicem tantum motum octaue sphere vt antiqui astrologi putabãt. ¶ Shpere vero septẽ

*Motus orbiũ eccẽtricorum planetarum.*

planetarum ꝙ̃tum ad orbes eccentricos aut deferentes planetarum omnes ab occidente ĩ orientem super axes ⁊ polos suos proprijs motibus in diuersis spacijs temporum zodiacum ꝑmi mobilis percurrunt. saturnus quidem in. 30 annis fere. iupiter in. 12. mars in duobus. sol venus et mercurius in. clxv. diebus et fere sex horis preter rem modicam que nullius est sensibilitatis. luna in. xxvij. diebus ⁊ octo horis. Sed

*Cõparatio eccẽtricorum*

axis orbis eccentrici solis axi ecliptice equidistat: et motus eius super proprio centro regularis est. axes vero eccentricorum aliorum sex planetarum axem zodiaci extra centrum mundi intersecant: ⁊ poli illorum a polis zodiaci inequaliter distant. motusqꝫ horum orbiuꝫ super

*Motus epiciclorum planetarum*

proprio centro irregularis est. Sed epiciclus cuiuslibet planete intra suam concauitatem corpus stelle circulariter deferendo mouetur. verum tamen in luna ab oriente] versus occidentem pars superior epicicli: in alijs autem quinqꝫ versus orientem reuoluitur. pars autem inferior ad partem oppositam. Orbes autẽ deferentes

*Motus orbium auges deferẽtium.*

auges eccentricorum planetarum motibus none ⁊ octaue sphere vt dictum est rapiuntur. Orbes tamen augem eccentrici lune deferentes super polis suis a polis zodiaci ĩ vtrãqꝫ partem gradibus quinqꝫ se motis ab oriente in occidentem omni die naturali gradibus vndecim ⁊ minutis duodecim fere mouentur. Similiter et orbis quartus concentricus sphere ipsius super polis zodiaci ab oriente in occidẽtem quolibet die naturali tribus minutis fere caput ⁊ caudam drachonis lune deferens mouetur. Orbes autem deferentes augem eccentrici mercurij super polos zodiaci ab oriente in occidentem quolibet die naturali quadraginta nouem minutis ⁊ octo secũdis regulariter mouentur.

luminarium et illa fiat inter angulum orientis et angulum meridiei: tunc visibilis coniunctio eorū est prior q̃ vera. sed si dicta coniunctio fiat inter angulum meridiei et angulū occidētis ecōtrario accidit tunc enim vera coniunctio est prior et visibilis sequitur. sed si coniūctio fieret in angulo meridiei precise tunc simul fierent visibilis ⁊ vera coniunctio. comparatio autem inter coniunctionem veram ⁊ mediam non habet ita certam regulam sed rationem et proportionem motuū sequitur. siue enim cōiunctio luminariū fiat in vna parte celi siue in alia: possibile est ꝙ linee mediorū motuū prius currunt q̃ linee verorum: et possibile est oppositum et possibile est etiam ꝙ simul. ¶ Notandum ꝙ omnes sphere inferiores motu primi mobilis equali tempore reuoluuntur: sed motibus proprijs in diuersis spacijs temporum vt iam dictum est: coniūctiones ergo et alij aspectus planetarum ex proprijs motibus causantur. sic igitur in coniunctiōe luminarium luna ab occidente scd̄m propriū motum velocius sole currens solē attingit ⁊ ei cōiungitur. quando antem coniunctio fit inter meridiem et orientē linea veri motus solis est propinquior orienti q̃ linea nostra visualis ab oculo ad solē: et sic luna ab occidente veniens/ prius tangit lineam visualem q̃ lineā veri motus solis: ⁊ fit prius coniunctio visibilis q̃ vera. sed quando coniunctio fit inter meridiē et occidentē: linea veri motus solis est propinquior occidenti q̃ linea nostra visualis: et sic luna priꝰ tāgit lineā veri motus q̃ visualē: et fit prius coniunctio vera q̃ visibilis. quando autem coniunctio est in angulo meridiei tunc predicte due linee equaliter distant ab oriente et occidente: et sic luna simul eas tangit: et simul fit coniunctio visibilis et vera. et quia coniunctio visibilis luminarium est eclipsis solis vt postea videbitur sequitur ꝙ eclipsis solis ante meridiana precedit veram coniunctionem luminarium: sed post meridiana sequitur eam. meridiana autem eclipsis est in puncto vere coniunctionis. ¶ Textus. Diuersitas aspectus. Determiat de diuersitate aspectus: quia em̄ dixerat coniunctiones ⁊ alios aspectus quandoq; esse veros: quandoq; medios: quādoq; visibiles: dixerat etiam ꝙ aspectus verus quandoq; precedit: ⁊ quandoq; subsequitur visibilem: et tunc est diuersitas inter vtrunq;. et hec diuersitas dicitur diuersitas aspectus: quandoq; autem aspectus: verus ⁊ visibilis simul sunt et tunc nulla est diuersitas aspectus in longitudine: ideo conueniēs est determinare de diuersitate aspectus. Circa hoc autē duo facit. primo dicit de diuersitate aspectus in cōmuni et absolute. secundo in speciali et cōparatiue ibi. q̃to quidem. prima pars diuiditur in duas. primo ponit diffinitionem diuersitatis aspectus. secundo diuisionem ibi. hec autem. Diuersitas ergo aspectus est distantia celi inter locum verum planete et locum eius visum seu apparentē. hoc est distantia inter duo puncta celi que sunt extremitates duarū linearū scilicet linee veri motus planete. et linee visualis per cētrū planete aut stelle protracte. ⁊ tanta est differentia inter aspectum verū ⁊ visibilem q̃ta fuerit predicta distantia. ¶ Textus. Hec autem. Ponit diuisionem diuersitatis aspectus/ et mēbra declarat. est enim duplex diuersitas aspectus q̄dam in longitudine/altera in latitudine. Diuersitas aspectus in longitudine/est quando linea visibilis terminatur propinquius: aut orienti: aut occidenti: q̃ linea veri motus vel cum planetā propinquiorem orienti aut occidēti q̃ sit iudicamus. et hec diuersitas computatur in linea ecliptica vel alio circulo sibi paralello per locū visum stelle transeunte. si enim protrahant duo circuli magni ab vno polo zodiaci vsq; ad alterum quorum vnus per locum verum: alter per locum stelle visum procedat: arcus linee ecliptice vel circuli sibi paralelli inter eos interceptꝰ dicitur diuersitas aspectus in longitudine. Diuersitas aspectus in latitudine est quando stellā remotiorē aut propinquiorem ecliptice quam sit iudicamus: vel quando linea visualis propiquius aut remotiꝰ ab ecliptica q̃ linea veri motus termiatur. et hec diuersitas computatur in circulo magno ab vno polo zodiaci vsq; ad alterum per locum visum stelle transeunte. arcus enim eius inter duos circulos paralellos ecliptice (quorum vnus per locum verum: aliꝰ per locum visum stelle procedit) interceptus dicitur diuersitas aspectus in latitudine. ¶ Notandū ꝙ diuersitas aspectus in longitudine bene causat ꝙ non in eodem instanti fiat aspectus verꝰ cum visibili: sed diuersitas aspectus in latitudine hoc non facit. ideo notanter dixit textus supra ꝙ quando coniunctio fit in angulo meridiei nulla est diuersitas aspectus in longitudine inter coniunctionem veram et visibilem / non autem negauit quin posset esse diuersitas aspectꝰ in latitudine. ¶ Textus. Quando quidem. Dicit de diuersitate aspectus in speciali et comparatiue. et primo faciendo comparationem inter quoslibet planetas. secundo specialiter et particulariter inter solem et lunam ibi. Diuersitas. Dictum enim est quomodo contingant diuersitates aspectuum/tam in longitudine q̃ in latitudine: nunc autem sciendum ꝙ vtraq; istarum diuersitatum quandoq; maior: quandoq; minor in eodem vel in diuersis planetis reperitur. quāto enim aliquis planeta est inferior alio: tanto maiorem diuersitatem aspectus et in longitudine/et in latitudine facit q̃ planeta superior: et a centro mundi remotior. vnde diuersitas aspectus in luna maxima est. sed in tribus planetis superioribus iam non bene perceptibilis. Et itē quanto idem planeta fuerit propinquior orizōti tanto maiorē diuersitatem aspectus hz q̃ si circa medium celi esset in eodē die: et sic luna maiorem diuersitatem aspectus habet circa ortū/ aut occasum existeus: q̃ circa medium celi: similiter et sol maiorem mane et vesperi: q̃ in meridie. ¶ Textus. Diuersitas aspectus. Comparat diuersitatem aspectus lune ad diuersitatem aspectus solis: quia hoc maxime notatur in eclipsibus solis de quibus immediate sumus acturi. Dictum enim erat ꝙ planeta inferior habet maiorem diuersitatem aspectus q̃ superior. sic igitur excessus diuersitatis aspectus lune super diuersitatem aspectus solis dicitur ab astrologis diuersitas aspectus lune ad solem.

**Tertia pars de eclipſibus luminarium et alioꝝ planetarum.**



Ex hijs igitur eclipſes planetaꝝ facile cognoſcētur. Ubi notādū ꝙ cū ſol ſit maior tota t'ra: neceſſe ē ꝙ medietas terre ad minus ſp a ſole illuminet̄. ⁊ vmbra terre i aere piramidaliter extēſa minuat̄ continue i rotūditate donec deficiat dyamet̄ aūt vmbre ſp eſt in ſupficie ecliptice circuli ſignoꝝ. ⁊ conus vmbre iſepabilis ē a nadir ſolis. q̄ ē pūctus celi directe oppoſitus loco ſolis. Vn̄ cū in plenilunio luna fuerit in capite vel in cauda draconis ſub nadir ſolis: tūc terra dyametraliter interponetur ſoli ⁊ lune: ⁊ con⁹ vmbre terre cadet ſup corpus lune. ⁊ ſic cū luna lumē nō habeat niſi a ſole. in rei veritate eclipſabitur: ⁊ deficiet a lumine. Eſt aūt duplex eclypſis lune: altera totalis. ſcʒ cū luna fuerit in capite vel cauda draconis directe. altera vero ꝑtialis cū ſcʒ luna fuerit ꝓpe caput vel caudā īfra tn̄ metas determinatas eclipſi. Un̄ cū i qualʒ oppoſitiōe ſeu plenilunio nō ſit luna i capite vel i cauda dracōis aut prope: nec ſuppoſita nadir ſolis: nō eſt neceſſe i qualʒ oppoſitiōe lunā pati eclipſim. Cū autē fuerit luna i capite vel in cauda draconis vel prope ſcʒ infra metas ſupradictas: ⁊ i cōiūctione cuʒ ſole: tūc corpus lune īterponetur inter aſpectū noſtrū et corp⁹ ſolare. vn̄ obūbrabit nobis claritateʒ ſolis: et ita ſol patietur eclipſim. nō qꝛ deficiat luīe: ſʒ deficit nobis ꝓpter interpoſitionē lune aſpectui noſtro et ſoli. Eſt ēt duplex eclipſis ſol': totalis ſcʒ ⁊ ꝑtialis vt de eclipſi lune dictū ē. Et ꝑtialis qn̄ꝙ ē ſeptētrionalis et apparet maior in regionibus ſeptētrionalibus ꝙ̄ in auſtralib⁹: tātoꝙ maior quāto regio fuerit ſeptētrionalior. Qn̄ꝙ vero ē eclipſis meridionalis / et hec appet maior auſtralib⁹ ꝙ̄ ſeptētrionalibus / tātoꝙ maior quāto regio fuerit auſtralior. Ex hijs pʒ quare nō in omni coniūctione aut nouilunio ē eclipſis ſolis. Notādū autē ꝙ qn̄ eſt eclipſis lune ē eclipſis gn̄alis in oī terra / ſed qn̄ eſt eclipſis ſolis nequaꝙ̄. immo in vna regione eſt eclipſis in alia non. quod contingit propter diuerſitatē aſpectus in diuerſis climatibus. Itē eclipſis ſolis incipit a ꝑte occidētali corporis ſolis. ſed eclipſis lune a ꝑte orientali ſui corporis. Uirgili⁹ autē elegātiſſime naturas vtriuſꝙ eclipſis ſub cōpēdio tetigit dicens. Deffect⁹ lune varios ſoliſꝙ labores.

*Corrolarium* — *Quō fit eclipſis ſolis* — *Corrolarium* — *Cōparatio vtriuſꝙ eclipſis.* — *Uirgili⁹*

¶ Hec eſt tertia ⁊ vltima pars principalis de cauſis eclipſiū ſolis/lune/⁊ alioꝝ planetarū. habet tres particulas. prima eſt de eclipſib⁹ luminariū. ſcḋa q̄ incipit ibi. ⁊ notādum eſt de eclipſibus alioꝝ qnꝙ planetaruʒ. tertia q̄ icipit ibi. ex ꝑdictis pʒ. dirigit totū op⁹ hoc et ſpecialr̄ hanc tertiā ꝑtē hui⁹ capituli in honorē ⁊ laudem dei. Prima ꝑticula diuidit̄ in duas ꝑtes. prima eſt de cauſis eclipſiū ſolis ⁊ lune. ſecunda que incipit ibi. digiti ecliptici. eſt quorundā terminoruʒ de q̄titate et duratiōe eclipſiū expoſitiua. Prima pars etiā diuiditur in tres. quia primo dat cauſas eclipſis lune. ſecūdo cauſas eclipſis ſolis ibi. cum auteʒ fuerit. tertio cōparat vtranꝙ eclipſim ad inuicē penes dr̄am ibi. notandū aūt Quantū ad eclipſim lune duo facit. primo premittit quoddam notabile de vmbra terre. ſecundo dat cauſas eclipſis lune ibi. vn̄ cū. Pro notitia igitur eclipſis lune notādum eſt. et ſupponendum ex perſpectiua ꝙ oē corpus opacū in p̄ntia



corporis luminosi vmbrā producit. terra ergo ī presentia solis cōtinue existens pro medietate a sole semꝑ illuminatur. ex alia vero parte vmbram facit. vmbra autē terre directe porrigitur ad oppositam partem contra nadir solis ꝛ est figure pyramidalis q̄ cōtinuo minuitur ad acuciem ꝛ angulum. Extenditur tamen sic vmbra terre vt dyameter eius que est linea centralis sēper sit in superficie ymaginaria ecliptice zodiaci octaue sphere. ¶ Notandum ꝙ scḋm perspectiuos vmbra corporis opaci semper extendit directe in oppositam partem corpori luminoso. vmbra igitur terre que est in centro mundi semper dirigitur seu extenditur ad nadir solis q̄ est punctus oppositus soli in celo. ꝛ cum centrū solis semper moueatur in superficie linee ecliptice octaue sphere vt dictum est: necesse est ꝙ dyameter vmbre terre per eandem superficiem ad partem oppositam dirigatur ꝛ conus vmbre tāgat precise nadir solis in celo. vmbra autē terre scḋm astrologos pertingit fere vsq; ad conuexum celi mercurij. Sed circa hoc aduertendum est ꝙ triplex potest esse vmbra alicuiꝰ corporis. scilicet pyramidalis/colūpnaris/ꝛ obtusa. quādo enim corpus luminosum est maiꝰ corpe opaco illuminat pluſq; eius medietatem contra se positam et fit vmbra pyramidalis continue minorata et tendens ad acutiem. quando autē corpus luminosum est equale corpori opaco illuminat precise eius medietatem ꝛ fit vmbra columpnaris eque latitudinis in principio medio et fine. sed quando corpus luminosuȝ est minus corpore opaco tūc illuminat minus medietate eiꝰ ꝛ fit vmbra obtusa que scilicet continue dilatatꝰ Dictuȝ est autem supra ꝙ sol est maior terra cēties sexagesies sexies: vmbra igitur terre pyramidalis rotunda erit et continue minorabitur donec tandē deficiat. ¶ Textus. Unde cū. Assignat causas eclypsis lune. et primo dat modū ꝛ diffinitionem eclypsis. secundo eius diuisionē ibi. est autem duplex/tertio infert vnum correlarium ibi. vnde cum/luna igitur sic eclipsatur: si enim tēpore plenilunij quādo scȝ sol ꝛ luna sunt in oppositiōe: luna reperiatur in capite vl' in cauda draconis hoc est in superficie ecliptice et ī nadir solis. tunc terra dyametraliter interponetur soli ꝛ lune ita ꝙ eadem dyameter sphere tangeret tria centra: solis/terre ꝛ lune. et tunc vmbra terre cadet super corpus lune: et( cuȝ luna ex se nullum lumen habeat nisi inquantum illuminatur a sole: quia vt Aristoteles dicit et experientia patet luna nunq̄ lucet nisi versus soleȝ( tūc perdet lumen suum ꝛ patietur eclipsim. eclipsis enim grece defectus est latine. ¶ Notanduȝ ꝙ in omni mense luna est semel in coniunctione et semel in oppositione cum sole scḋm longitudinem zodiaci computando: non tamen quolibet mense sunt sol ꝛ luna in coniunctione aut oppositione secundum latitudineȝ. quia licet sol semper sit sub linea ecliptica luna tamen non in omni coniunctione vel oppositiōe est sub ecliptica sed sepius deuiat ad latera zodiaci: et tunc vmbra terre non tangit lunam propter eius latitudinem. due igitur cause concurrunt ad eclipsim lune que in textu tangūtur. prima est ꝙ luna sit in aspectu oppositionis ad solem. secunda est ꝙ

Triplices sunt vmbre.

Due cause cōcurrūt ad eclipsim lune.

tunc sit luna directe sub ecliptica aut valde prope quod nō fit nisi ipsa existente in capite vel in cauda draconis aut prope. Textus. Et est duplex. Ponit diuisionem eclipsis lune. est enī duplex. vna totalis/alia partialis. totalis eclipsis lune est quando totum corpus eius obscuratur et luce priuatur: ꝛ tunc luna est fere precise in capite vel in cauda draconis sub ecliptica et dyametraliter opposita soli. eclipsis lune partialis est quando non totum corpus lune sed pars eiꝰ eclipsatur: et hoc contingit quando tempore oppositiōis luna nō est p̄cise in capite vl' in cauda draconis sub ecliptica sed prope tamē infra metas aut terminos eclipsis qui sunt duodecī gradus ante ꝛ post caput vel caudam draconis secundum longitudinem. ¶ Notandū ꝙ siue magna siue parua corporis lune pars siue etiam totuȝ corpus eclipset est eclipsis generalis in omni terra quia vndecunq; luna tunc aspiciatur videbitur sub vmbra terre et carere lumine solis. ideo inconuenieter dicebatur in textu auctoris/ ꝙ aliquando est eclipsis lune generalis aliquādo particularis. sed potius sicut adiecimus dicendum erat totalis et partialis et hoc idem visus est corrigere auctor infra cum ponit differētiam eclipsis lune ad eclipsim solis. ¶ Textus Unde cum infert correlarium cuiusdam tacite dubitationis solutiuuȝ. dubitaret enim aliquis si eclipsis lune sit in oppositiōe luminarium cū in quolibet mense sit oppositio talis quare non in quolibet mense est eclipsis lune. Respondet ꝙ licet in omni mense luna sit soli opposita: nō tamen in omni oppositione luna est in capite vl' in cauda draconis quod requiritur ad eclipsim. vnde non in quolibet mense accidit eclipsis lune: sed solum quando predicte due cause concurrunt. duabus enim existentibus causis partialibus alicuius effectus: si vna deficiat/ altera se sola non producet effectum: vnde dubitatio predicta est similis isti: quare si duo homines trahunt lapidē vnus eorꝫ solꝰ cum vult non trahit ipsum. ¶ Textus. Cum autē fuerit. Assignat causas eclipsis solis: et primo dat modum seu descriptionem eclipsis. secundo diuisionem ibi. est etiam. tertio infert correlariuȝ ibi. ex hijs patet. Eclipsis solis hoc modo contingit. quando enim fuerit luna in coniunctione cum sole: si tūc reperiatur in capite vel ī cauda dracōis sub ecliptica aut prope scilicet infra terminos eclipsis. tunc luna interponetur soli ꝛ nobis. et cuȝ luna sit corpus densum aut opacū proiiciet vmbram versus nos et obumbrabit nobis claritatem solis: et ita sol eclipsabitur. non quidem q2 deficiat lumine sicut nomen eclipsis sonat: sed quia nobis deficit eius claritas propter lune interpositionem. Due igitur cause partiales concurrunt ad eclipsim solis: sicut ad eclipsim lune quarum vna deficiente impossibile est secundum naturam solem eclipsari. prima est coniunctio solis et lune in eodem loco zodiaci. secunda est situs lune sub ecliptica in capite scilicet. vel in cauda draconis aut prope. vnde in eclipsi sol ꝛ luna taliter se habent ꝙ in eadeȝ dyametro zodiaci continetur cētrum vtriusq;. ¶ Notādum ꝙ cum luna sit corpus densum ꝛ opacum in presentia solis vmbrā proiicit. ꝛ quia ipa est minor

Termini eclipsis.

sole ideo semper ad minus medietas eius illuminatur a sole. vmbra autem lune ex alia parte velut piramis rotunda efficitur cōtinue tendēs ad acutiem sic igitur luna soli ꝛ nobis interposita vmbram suam ad nos proijcit et claritatem solis nobis obumbrat. ¶ Textus. Est etiam. Ponit diuisionem eclipsis solis et primo facit hoc. secundo subdiuidit vnum membrum diuisionis ibi. et partialis. diuisio hec est ꝙ duplex est eclipsis solis scilicet totalis ꝛ partialis sicut etiam de eclipsi lune dictum est eclipsis solis totalis est quando totum corpus solare nobis obumbratur. ꝛ hoc contingit quando luna in coniunctione solis fuerit in capite vel in cauda draconis precise sub ecliptica. Partialis vero eclipsis est quando solum aliqua pars solis nobis obumbratur et hoc contingit quando tempore coniunctionis luna aliquantulum distat a capite vel cauda draconis tamen infra terminos eclipsis supradictos. ¶ Textus. Et partialis Ponit subdiuisionem secundi membri cuius etiam partes declarat. Eclipsis ergo solis partialis duplex est quedam septētrionalis alia vero meridionalis. Septentrionalis eclipsis est quando pars solis que est versus polum septentrionalem eclipsatur. et hec apparet maior in regionibus septentrionalibus ꝙ̄ in australibus ꝛ tanto maior apparet quanto regio fuerit septētrionalior tantoq̄ minor ꝙ̄to australior. Meridionalis eclipsis est quando pars solis que est versus polum meridianum eclipsatur ꝛ hec maior apparet in regionibus australibus ꝙ̄ in septētrionalibus ꝛ tanto maior ꝙ̄to regio fuerit australior tantoq̄ minor ꝙ̄to septentrionalior. Similis etiā diuisio dari potuisset de eclipsi partiali lune verūtamē illa non maior in vna ꝙ̄ in alia regione apparet siue septentrionalis fuerit siue meridiōalis cuius causam supra tetigimus ¶ Notandum ꝙ regio aliqua in proposito non dicitur australis ex eo ꝙ sit inter equinoctialem ꝛ polum australem. sed ad sensum Ptholemei in prima parte quadripartiti vbi omnes regiones inter equinoctialem et medium quarti climatis vocat australes. ceteras vero ab illo loco vsq̄ ad finem habitationis versus polum arcticum vocat septentrionales. ¶ Textus. Ex hijs patet. Infert correlarium etiam dubitationis solutiuum quare scilicet cum in omni mēse sit luminarium coniunctio non quolibet mense est eclipsis solis. ꝛ respondet vt prius ꝙ cum due cause partiales requirantur ad eclipsim solis qualibet earum deficiente non fit eclipsis naturaliter nunc autem in pluribus coniunctionibus luna non est in capite vel in cauda draconis sub ecliptica sed raro et ideo raro accidunt eclipses solis. ¶ Textus. Notandū autē. Comparat eclipsim solis ad eclipsim lune penes duas drās p̄ma est ꝙ eclipsis lune siue totalis siue partialis fuerit est generalis in omni terra quia omnibus simul luna apparet eclipsata. si enim aliquod corpus vel in toto vel in parte obscurum aut denigratum fuerit vndecūq̄ aspiciatur semper tale videbitur. Sed eclipsis solis non sic est generalis nec omnibus simul apparet sed dum hij solem eclipsatum percipiunt: illi luce solis fruuntur. quia sol in eclipsi vt dictum est nō perdit lucem suam sed obumbratur claritas eius ex interpositione lune. potest autem quibusdam obumbrari alijs autem non: quod contingit tum quia cum luna sit minor terra vmbra eius nō potest totam terram cooperire. tum propter diuersitatem aspectuum in diuersis regionibus. Hec autem variatio dupliciter attendi potest primo in regionibus eiusdem climatis quia licet quādo eclipsatur sol in vna parte alicuius climatis in omnibus alijs etiā eclipsetur nō tamen simul sicut si occidētalibus sol hora meridiana eclipsatus apparet: orientalibus vero nō tūc sed post aliquot horas eclipsabitur. aliomodo ꝛ forte magis ad intentionē textus quantū ad regiones diuersorū climatū quando enim eclipsis solis est partialis potest esse tam parua ꝙ in vno climate apparebit et in alio nō. ꝛ licet in vtroq̄ illorum climatum appareat/nō tamē equalis sed maior in vno climate ꝙ̄ in alio vt dictum est. Secunda differētia est quia eclipsis solis incipit a parte occidentali corporis eius eo ꝙ luna per proprium motum quo solem superat ad coniunctionem eius venit ab occidente. sed eclipsis lune primo incipit a parte orientali corporis eius eo ꝙ ipsa proprio motu ab occidente veniens intrat vmbram terre quā p̄mo tāgit in parte sui corporis orientali veruntamen prius partem vmbre occidentalem ingreditur. ¶ Deinde ibi. Virgilius autē Cōfirmat ea que dicta sunt de eclipsibus luminarū auctoritate Virgilij in georgicis qui vnico versu vtranq̄ eclipsim velut breui capitulo comprehendit cū inquit. defectus lune varios solisq̄ labores. vbi eclipsim lune vocat defectū quia luna in rei veritate deficit lumine cum eclipsatur. id est ꝙ greci eclipsim dicūt nos defectū nominamus. Sed eclipsim solis vocauit laborem eo ꝙ tunc sol laborare aut egrotare videatur quasi enim impotens factus radios suos ad nos non mittit. ¶ Sed circa predicta cōueniēs videtur causam cremēti ꝛ decrementi lune inquirere. vbi aduertendū ꝙ cum luna lumen non habeat ex se nisi quod recipit a sole ratio cremēti et decrementi lune ex diuersa eius a sole illuminatione accipitur. nō enim crescit aut decrescit corpus lune sed lux eius cum autē sol sit multo maior luna semper medietatē eius ꝛ eo amplius illuminat excepto tempore eclipsis lune. non tamen semper eadem lune medietas illuminatur sed lumen ab vna medietate in aliam permutatur. quando enim est luna soli coniuncta superior eius medietas que est versus astra illuminata est: inferior vero medietas versus terram obscura est et vmbrā proijcit et tunc dicitur luna neomenia. Deinde vero cum luna motu suo velociori a sole incipit recedere: incipit etiam lux a superiore medietate lune ad inferiorem permutari et incipit tunc nobis aliqua lux apparere in nostra medietate quia videtur luna bicornis et dicitur monoides aut luna noua vsq̄ ad septimū diem quando est quartus aspectus lune ad solem et finitur prima quarta mensis lunaris ꝛ tunc quia luna magis distat a sole maior pars nostre medietatis scilicet medietas circuli eius illuminata est et tunc dicitur dicotomos. Trāseunte vero luna vlterius post quartā aspectū ante tamen oppositionē maior adhuc pars nostre

Quare luna crescit ꝛ decrescit

n j

medietatis illuminatur continue ⁊ tunc dicitur luna amphitrios. Quando autē luna iam est in oppositione solis tota inferior medietas illuminata est ⁊ tota superior obscura et vmbram iacit versus astra ⁊ tūc dicitur luna panselinos ⁊ ibi finita est medietas mēsis lunaris. In alia vero medietate lumen continue permutatur a parte inferiore lune ad partem superiorē et eisdem nominibus luna nominatur sicut in prima medietate ordine tamen conuerso.

¶ Reuerēdissimi domini Petri de Aliaco Cardinalis ⁊ episcopi Cameracensis Doctoris[que] celebratissimi Questio secunda.

Queritur secundo vtrū possibile sit solē ⁊ lunam eclipsari. Et arguit̄ primo ꝙ non ⁊ primo de luna quia si luna posset eclipsari hoc esset per defectum luminis: sed hoc non/igitur. consequentia ē nota maior etiam: probatur minor dupliciter. Primo quia luna nūq̄ deficit a lumine ergo non eclipsatur per defectum luminis. consequētia tenet. antecedēs pꝫ per Ptholemeum in secundo quadrupartiti vbi docet ex coloribus lune tēpore eclipsis prenosticare de effectibus consequētibus ex eclipsibus modo color lune non est sine lumine ergo nunq̄ deficit a lumine. Secundo probatur minor quia si luna eclipsaretur ex defectu luminis sequeretur ꝙ luna semper esset eclipsata consequens est falsum ⁊ patet consequentia: quia semper vna pars ipsius lune caret lumine scꝫ illa pars que non est obiecta soli quare sequitur ꝙ luna semper eclipsaretur quantū ad aliquā eius partem. ¶ Secundo sic quia si luna possit eclipsari hoc esset ꝓpter interpositionem terre inter solem ⁊ lunam sed hoc non ergo. consequentia est nota maior patet per auctorem in textu probatur minor q2 si propter interpositionem terre inter solem et lunam luna eclipsaretur tunc propter interpositionē veneris inter solem et lunam luna eclipsaretur cōsequens est falsum et contra omnes astrologos quia hoc non est visum. et patet cōsequentia quia venus est maior q̄ sit terra ergo sequitur ꝙ eius vmbra melius potest obumbrare lunam q̄ vmbra terre. Et confirmatur quia si sic sequeretur ꝙ luna existēte equali ⁊ sole existente in eodē loco omnes eclipses deberēt esse equales. consequentia tenet quia vmbra terre esset equalis ⁊ sic eclipsis equalis sed cōsequēs est falsum: imo illis obseruatis visum est vnam eclipsim diutius durasse q̄ aliam. ¶ Tertio sic quia si sic sequeretur ꝙ terra esset maior sole cōsequēs est contra Ptholemeum tertia dictione almagesti: sed pꝫ consequētia quia si terra esset minor q̄ sol per aduersarium tūc ei⁹ vmbra vadit continue diminuendo vt pꝫ per ꝑspectiuos modo luna est maior q̄ sit terra ergo vmbra terre non potest eclipsare lunā vel oportet ꝙ sol sit minor terra. sed ꝙ luna sit maior q̄ terra ptꝫ q2 luna maior est q̄ aliqua stella fixa vt pꝫ ad sensum modo quelibet stella fixa maior ē q̄ sit terra vt ptꝫ ꝑ Alphraganū quare sequitur ꝙ luna est maior q̄ terra. ¶ Quarto sic: quia si sic seq̄retur ꝙ etiā vmbra terre potest eclipsare mercurium cōsequēs est falsum quia non est repertū apud astrologos ꝙ mercurius eclipsetur. et pꝫ cōsequētia quia vmbra terre protēditur vs[que] ad spherā mercurij vt ponit Cāpanus in sua theorica. ¶ Quinto sic quia si sic maxime esset ī oppositione: consequentia tenet per auctorē. Sed consequens est falsum quod patet quia si solum esset eclipsis in oppositione tūc sequitur ꝙ nūq̄ possemus videre lunam eclipsari sole existente supra orizontem cōsequentia tenet quia in oppositione si sol sit supra orizontem luna est sub et econtra sed consequēs est falsum imo aliquādo sol videbatur supra orizontem ⁊ luna eclipsata vt recitat Plinius in libro de mirabilib⁹ mūdi Deinde arguitur de sole quia sol nō potest priuari lumine igitur ꝯsequētia tenet quia eclipsis dicitur priuatio luminis: antecedens ptꝫ q2 sol habet lumē ex se nec potest ab aliquo impediri. Secūdo si sic quia si hoc esset ꝓpter lunā interpositā inter solem ⁊ terrā ⁊ prohibentem lumē solis modo luna cū sit minor sole nō potest prohibere eius lumen. etiā si luna eclipsaret solem esset fortior sole. ¶ In oppositū arguit̄ per auctorē in littera et ꝑ Ptholemeū in sexta dictione almagesti et per oēs astrologos. In q̄stione erūt duo articuli. primus erit de eclipsi lune. secūdus de eclipsi solis. ¶ Quantū ad p̄mū supponenda sunt aliqua. p̄mo supponitur ꝙ luna nō habet ex se illud intensum lumen ꝑ quod ita notabiliter ⁊ sensibiliter illuminat ista iferiora immo hꝫ illud lumē a sole et ip̄m reflectit versus terraꝫ sicut reflecteret̄ a speculo polito. suppositio patet secūdo celi. pꝫ etiā ꝑ Ptholemeū quarta dictione minoris almagesti in quadam suppōe qua ꝓponit lunā habere suū lumē a sole

Prim⁹ articul⁹. Prima suppō.

¶ Secūdo supponitur ꝙ vmbrosum sphericū minus luminoso cui obijcitur causat ī parte opposita luminoso vmbraꝫ conalē admodū piramidis rotunde cuius conus est in parte opposita luminoso ⁊ basis est circulus minor ī vmbroso pꝫ per perspectiuos. Sed vmbrosum equale luminoso causaret vmbram colūpnareꝫ admodum columpne rotunde. sed vmbrosum maius luminoso causaret vmbram admodum piramidis euerse rotunde.

Secūda suppō.

¶ Tertio supponitur ꝙ sol est maior q̄ sit terra. suppositio patet ꝑ Ptholemeum tertia dictione almagesti vbi proponit ꝙ sol est maior terra cētíes sexagesies sexies ⁊ amplius. Ex hac suppositione sequitur correlarie et precedenti etiam ꝙ terra cum sit obiecta soli causat in opposita parte eius vmbrā conalem admodū piramidis rotūde. et illius piramidis conus protenditur per magnā distātiam vltra ꝯcauū orbis lune vt demonstrat Ptholemeus in quinta dictōe almagesti ⁊ Campanus in sua theorica.

Tertia suppō.

¶ Quarto supponendum ē ꝙ corpus planete politū ⁊ sufficiēter densum obiectū luminoso ei⁹ lumē īcorporat ⁊ reflectit pꝫ suppō per experientiā de speculo. Ex quo sequitur ꝙ luna cum sit valde polita ⁊ sufficiēter dēsa quia densior pars sui orbis vt dicit commentator ipsa fortiter incorporat lumen solis et reflectit versus terram. ⁊ est illud lumē primariū lune propter cuius defectū dicitur luna eclipsari ⁊ non solum intelligitur de lumine secundario: quia luna nunq̄ deficit ab eo sed de lumine primario ⁊ recto. ⁊ itelligēdo de ipsa luna quātum ad partes eius directe oppositas ipsi soli.

Quarta suppō.

¶ Quinto supponendum est ꝙ luna mouetur

Quinta suppō.

in suo orbe eccentrico qui orbis eccentricus de
uiat ab ecliptica intersecando lineam eclpticaꝫ
in duobus punctis ⁊ illarum darum interseca-
tionum vna vocatur cauda draconis ⁊ alia ca-
put draconis: ⁊ inde est ꝙ luna deuiat ab eclipti
ca sed eccentricus deferens solem nunq̃ꝫ deuiat
ab ecliptica ⁊ inde est ꝙ sol semꝑ est sub eclipti-
[P]rimũ [co]rrela-[ri]um. ca. Ex suppositione sequuntur correlaria/ ꝑmũ
est ꝙ sole existente in cauda draconis et luna in
capite vel econtra tunc sol ⁊ luna diametraliter
opponuntur. Patet correlarium quia illo tunc
sol ⁊ luna sunt ambo sub ecliptica et in punctis
oppositis modo quecunqꝫ duo puncta opposi-
ta ecliptice diametraliter opponuntur cum eiꝰ
[S]cd̃m [co]rrela. centrum sit centrum mundi. Secundo sequitur
ꝙ nunq̃ꝫ sol ⁊ luna opponũtur diametraliter ni
si vno existente in cauda draconis ⁊ alio in ca-
pite. patet: quia sol semper ē sub ecliptica. luna
autem non semper vt patet per quintam suppo
sitionem nisi quando est in capite vel incauda
draconis solũ: & tunc opponuntur diametrali-
ter sol ⁊ luna tempore oppositionis ipsa existē-
te in cauda draconis ⁊ sole in capite vel ecõtra
⁊ sic sequitur ꝙ luna ⁊ sol nunq̃ꝫ diametraliter
opponuntur nisi in illo casu. consequentia tenet
quia nichil opponitur soli diametraliter nisi sit
sub ecliptica. ¶ Ex istis suppositionibus in-
[Co]clusio [re]sp[on]salis fertur responsio ad quesitum pro isto articulo
ꝙ luna potest eclipsari patet: quia possibile est
vmbram terre de directo peruenire ad corpus
lune: ergo conclusio vera consequentia est nota
antecedens patet: quia vmbra terre de directo
multiplicatur et protenditur ad oppositum so-
lis vltra orbem lune. modo possibile est corpus
lune quandoqꝫ esse diametraliter oppositum ip
si soli: ergo illo tũc vmbra terre obumbrabit lu
[P]rimũ [co]rrela. nam. Ex ista cõclusione sequitur ꝙ solum ĩ op-
positione potest esse eclipsis lune patet qꝛ soluꝫ
[S]cd̃m in oppositione sol ⁊ luna diametraliter opponũ
tur. Secundo sequitur ꝙ non in qualibet oppo
sitione debet esse eclipsis lune patet: quia nõ in
qualibet oppositione sol est in cauda draconis
et luna in capite vel econtra. immo illud contin
[T]ertiũ. git vt in paucioribus. Tertio sequitur ꝙ stat be
ne ꝙ medium tempus eclipsis non sit ĩ vera op
positione patet qꝛ bene stat ꝙ opposito sit mo-
dicum ante introitũ lune in cauda ⁊ solis in ca
pite vel econtra et tunc medium eclipsis statiꝫ
[S]cd̃us [ar]ticulꝰ. post opposionem esset. Et hec de articulo ꝑmo
¶ Quantum ad secundum aduertendum est
ꝙ q̃uis quelibet eclipsis tam solis q̃ꝫ lune sit
defectus luminis: in aliquo tamē differentia est
inter eclipsim solis et lune: qꝛ eclipsis lune ē de
fectus luminis solis ĩ ipsa luna propter vmbrã
terre. Sed eclipsis solis non est defectus lumi-
nis in ipso sole qꝛ semper habet lumen cum ha-
beat lumen ē se: sed ex defectus luminis in ali-
qua parte terre propter interpositionem alicu-
ius vmbrosi obumbrantis terram in aliqua par
te. ¶ Pro quo est aduertendum secundo ꝙ du
pliciter accipitur eclipsis solis. vnomodo pro-
prie ꝓ defectu luminis solis in aliqua parte ter
re propter lunam interpositam ⁊ obumbranteꝫ
illam partem terre: aliomodo capitur large pro
defectu luminis solis in aliqua parte terre pro-
pter aliquod obstaculum obumbrãs illam par-
tem terre quodcũqꝫ sit illud. Et isto modo nu-
bes causant eclipsim solis: ⁊ etiam in cauernis
clausis in celarijs ⁊ sic de alijs. Tertio notan-
dum est et supponendum ꝙ luna est minor q̃ꝫ sit
terra patet per astrologos. Ex qua suppositio-
ne sequuntur correlaria. primo ꝙ non stat vm-
bram lune obumbrare omnino terram. patet qꝛ
vmbra lune cum luna sit minor sole continue va
dit diminuendo et acuendo admodum pirami
dis ergo cum talis vmbra sit vbiqꝫ minor q̃ꝫ lu
na ⁊ luna minor q̃ꝫ terra seq̄tur ꝙ talis vmbra
vbiqꝫ minor est q̃ꝫ terra et sic non potest obum-
brare totam terram. Secundo sequitur ꝙ non
potest esse eclipsis solis vniuersalis. patet: qꝛ si
sic tunc vmbra lune obumbraret totam terram
quod nõ est possibile vt dictuꝫ est Tertio sequi
tur ꝙ possibile est esse duos vicinos quorũ vnꝰ
habet eclipsim solis et alter non. patet ex quo
vmbra lune non obumbrat totam terram statꝙ
aliquis sit in vmbra lune ⁊ alter non adhuc sa- Prima
tis propinqui. ¶ Istis suppositis ponũtur cõ- ꝯclusio
clusiões. prima est ꝙ possibile est solem eclipsa
ri secundo modo. scꝫ large. cõclusio nota est de
se. ¶ Secunda conclusio ⁊ responsalis pro isto Secũda
articulo est/possibile est solem eclipsari proprie ꝯclusio
scꝫ ꝑmodo: patet qꝛ possibile est lunam esse dia
metraliter interpositam inter solem et terram
⁊ tunc vmbra lune pertinget ad aliquam partē
terre. Sequitur correlarie ꝙ nõ est possibilis Primũ
eclipsis solis nisi in coniunctione sicut nec ecli correla.
psis lune nisi in oppositione patet qꝛ non ē possi
bile lunam interponi inter solem in terram nisi
tempore coniunctionis sicut nec est possibile ter
ram interponi inter solem et lunam nisi tēpore
oppositionis. Et si queratur ergo quare non fit
eclipsis solis in qualibet coniunctione. Respon
detur ꝙ solum fit eclipsis solis quando luna est
in coniunctione in cauda vel in capite draconis
⁊ causa est qꝛ si fiat coniunctio luna existente a-
libi tunc vmbra eius de directo nõ protēditur
versus terram sed lateraliter solum et ideo nõ
fit eclipsis solis. ¶ Secũdo sequitur ꝙ illa ecli
psis que fuit tempore passionis christi non fuit Scd̃m
naturalis: immo miraculosa: quia fiebat versus correla.
oppositionem. Et istud patet per auctorem in
fine huius tractatus vbi allegat sanctum Dyo
nisium quia illo tunc erat paganns: et magnus
astralogus. Qui dixit sic: aut deus nature pati
tur aut totalis mũdi machina destruit. ¶ Sꝫ
dubitat quare vna eclipsis lune diutius durat Primũ
q̃ꝫ alia. Respondetur ꝙ causa est qꝛ dũ eclipsis dubium.
lune fit ipsa existente in opposito augis sui ec-
centrici et sole etiam tunc fit magna eclipsis et
diu durat. cuius causa est quia quanto sol ⁊ lu
na sunt ꝓpinquiores ipsi terre tanto vmbra ter
re latior est infra lunam ergo tãto luna plus ap
ponit ad transeundem illam vmbram. sed si sol
fuerit in auge eccentrici ⁊ luna etiam q̃uis lu-
na sit in cauda vel ĩ capite drachonis tamē nul-
la eclipsis fit. ¶ Secũdo dubitatur de augmē
to et decremento lune. Respondetur ꝙ luna nõ Secũdũ
habet lumen nisi a sole et ideo tempore coniũ- dubium.
ctionis pars lune que non est nobis obiecta est
illuminata et ideo non percipimus lunam sꝫ qñ
incipit recedere a sole tunc paulatiꝫ aliqua ps
que est nobis obiecta ĩcipit illuiari ⁊ incipit no

bis apparere luna bicornis. et illo tunc quando incipit sic apparere dicimus esse nouilunium. Et illa figura quã luna videtur habere a nouilunio vsq ad principium secunde quarte dicitur monoydes grece.i.bicornis latine secundũ tamen magis et minus. In principio secunde quarte luna apparet ad moduz semicirculi. hoc est quia medietas partis nobis obiecte est illuminata.et ista figura vocatur dycothomos. Et postea a principio secunde quarte vsq ad oppositionem luna apparet nobis gibbosa admodũ portionis maioris circuli et illa figura vocatur amphitrios. Et tunc cum luna peruenit ad oppositionem apparet nobis omnino perfecta et illuminata ad modũ circuli. Causa ẽ q2 pars nobis obiecta et etiam obiecta soli illuminat̃: et ista figura vocatur panselinos: et iterum post oppositionem incipit luna diminui sicut prius augebatur et eodem modo vocantur figure.

ad rões q̃stionis

¶ Ad primam rationem quando dicitur etc̃. conceditur maior et negatur minor. et ad primam probationem dicitur ꝙ verum est a lumine secũdario sed bene deficit a lumine primario et respectu illius dicitur luna eclipsari. Ad secundam probationem negatur consequẽtia quia eclipsis lune capitur pro obumbratiõe lune propter terram interpositam. Ad secundam rationem negatur minor ad probationem negatur consequẽtia et duplex assignatur causa: vna quia venus est nimis rara et ideo non impedit radios solares. alia causa est quia venus est nimis propinqua soli et lune: ideo radij solares incidẽtes super eius terminos causant tantum lumen secũdarium ꝙ quasi apparet primarium. Ad confirmationem dicitur ꝙ verum est si luna et sol eẽnt inequalibus propinquitatibus et distãtijs a terra et etiam in cauda vel in capite draconis. Ad tertiam rationem negatur consequentia ad probationem dicitur ꝙ luna non est maior q̃ terra ad probationem negatur minor immo luna est minor qualibet stella fixa. et cum probatur dicitur ꝙ si appareat maior hoc est propter nimiam propinquitatem. Ad quartam negatur consequentia ad probationem dicitur ꝙ verum est: sz nunq̃ peruenit ad corpus planete quia mercurius nunq̃ opponitur soli. Ad quintam conceditur maior et negatur minor ad probationẽ dicitur ꝙ verum est: et cum dicitur ꝙ alias visum est. dico ꝙ sol illo tunc erat adhuc sub orizonte sed apparebat nobis propter vapores interpositos inter nos et solem et hoc per fractionem radiorum. ¶ Ad alias rationes ad primam dicitur ꝙ verum est nec defectum luminis ĩ sole vocamus eclipsim solis. Secunda ratio arguit de eclipsi in propria. Ad tertiam verum est sz hoc negatur. ad probationem negatur consequẽtia vnde bene impedit lumen solis ne proueniat ad aliquem certum locum determinatum sz non propter hoc sequit̃ ꝙ sit fortior. Et hec de questione et per consequens de totali tractatu de sphera.

¶ Et sic est finis questionum subtilissimarũ reuerendissimi dñi Petri de aliaco Doctoris Parisiensis sup etherea noti.

Digiti ecliptici dicuntur duodecime dyametri corpis solaris aut lunaris eclipsate et cognoscũtur per argumentum latitudinis lune verũ. Minuta casus in eclipsi lunari sunt minuta zodiaci q̃ luna perambulat solẽ superãdo a pricipio eclipsis vsq ad medium eius si partialis fuerit: aut totalis sine mora vel a pricipio eclipsis vsq ad initiũ totalis obscuratiõis si totalis cũ mora fuerit. Minuta more dimidie sunt minuta zodiaci q̃ luna solẽ superãdo a principio totalis obscurationis vsq ad mediũ eclipsis pambulat. Minuta casus ĩ eclipsi solari sunt minuta zodiaci q̃ luna a principio eclipsis vsq ad mediũ superatione sua pficit. Unde si minuta ista p superationẽ lune in hora diuidantur tp̃us quo ea ptrãsit eueniet. Dyamet̃ solis visualis in auge ec. xxxi. minuta chordat. sed in opposito augis. xxxiiij. semp tamẽ que est proportio. v. ad. lxvi. ea ẽ mot⁹ solis in hora ad diametrum suam visualem. Sed dyameter visualis lune in auge eccen. et epicicli. xxix. minuta chordat. in auge vero eccen. et opposito augis epi. xxxvi. sp que est proportio. xlviij. ad. xlvij. ea est motus lune in hora ad dyametrũ suam visualem. Quare sequitur ꝙ possibile ẽ vt quandoq eclipsis solis accidat totalis. Dum sol in auge sui ec. fuerit: diameter vmbre in loco transit⁹ lune se habet ad dyametrum lune visualem sicut. xiii. ad quinq excessus autem dyametri eius dum sol est in auge sup eandem dum sol alibi fuerit in eccentrico decuplus ẽ ad differentiã motuũ solis ĩ hora q̃bus dũ ẽ ĩ auge atq illo alio loco mouetur. Et notandũ ꝙ nullus alius planeta a luna vmbram terre intrare potest. Eclipsantur tamen om̃es alij planete et multe stelle fixe per interpositionẽ. Ex predictis patet ꝙ cũ eclipsis solis eẽt in passione domini: et eadẽ passio eẽt in plenilunio illa eclipsis nõ fuit naturalis: sz miraculosa et supra naturã quia eclipsis solis vt dictum est in nouilunio vel circa debet contingere Propter quod legitur dionisiũ ariopagitã

Puncta ecliptic

Minuta casus.

Minuta more.

Quõ scitur duratio eclipsis.

Dyameter visualis solis.

Dyameter lune visual'

Correlarium.

Diuersitates vmbre terre.

eclypses aliorũ quoq planetarum.

Deuotissimũ correlarium.

in eadem passione dixisse. Aut deus nature patitur: aut mundi machina dissoluitur.

¶ Hec est secunda pars prime particule que dicit de terminis pertinentibus ad q̃titatē ꝛ durationem eclypsium. et primo de his que pertinent ad quantitatem eclypsium. secundo de pertinētibus ad durationem ibi. minuta casus pro declaratione primi sciendum est. ꝙ licet corpora solis et lune spherica sint et rotunda: ex distantia tamen maxima nobis apparent plana: vt etiam supra capitulo primo dictū est. vnde in materia eclypsiū de eis sicut de circulis planis ratiocinamur. ꝛ sic dyameter solis aut lune velut dyameter cuiusdam circuli plani ab astrologis existimatur. quantitatem autem eclipsis solis aut lune quando partialis est per dyametri partes significāt astrologi. ꝛ sic totam dyametrum in duodecim partes equales (quas digitos aut puncta vocant) ymaginabiliter diuidunt. quot ergo ex his digitis aut punctis eclypsantur totam partem illius luminaris dicunt esse eclipsatam. vt si sex digiti dyametri lune intrarent vmbram terre diceretur medietas lune eclipsata. si autem octo: due tertie partes lune ꝛ sic de alijs: similiter ꝛ de sole. ¶ Quomodo autem cognoscantur digiti eclyptici in qualibet eclipsi subiūgit textus: ꝙ per argumentum latitudinis lune verum. dicitur autem argumentum latitudinis lune distantia lune a capite draconis ꝭm longitudinem zodiaci. que si vsq; ad lineā medij motus lune accipiatur ꝭm successionem signorū argumentum latitudinis lune medium dicitur. si vero vsq; ad lineam veri motus lune et ꝭm successionem signorum: argumentum latitudinis lune verum. et per hoc argumentum potest haberi q̃tum distat centrum lune ab ecliptica hora eclipsis: et per consequens quota pars dyametri solis aut lune eclipsabitur. ¶ Textus. Minuta casus. Exponit terminos pertinentes ad durationem eclipsis apud astrologos vsitatos. et primo terminos durationis simpliciter. secundo terminos de diuersitate durationū specialiter ibi. Dyameter solis. Quantum ad primum duo facit. primo exponit terminos pertinentes ad durationem eclipsis lune. secūdo pertinentes ad durationem eclipsis solis ibi. Minuta casus. Circa eclipsim lune duos terminos exponit secundum ibi. Minuta more. Primus ergo terminus est minuta casus in eclipsi lunari per hoc enim astrologi intelligunt minuta zodiaci. quibus motus lune superat motum solis in eo tempore quod est a principio eclipsis (quādo scilicet luna incipit intrare vmbram) vsq; ad medium eclipsis: si eclipsis illa partialis fuerit aut totalis sine mora. vel a principio eclipsis vsq; ad initium totalis obscurationis: si eclipsis totalis et cum mora fuerit. ¶ Notādum ꝙ medium eclipsis dicitur quando centrum lune pertingit dyametrum lōgitudinis vmbre: vel est in directo eius. et tunc corpus lune est tm̄ eclipsatum q̃tum est possibile illa vice. Initium autē totalis obscuratiōis est quando iam totum corpus lune primo incipit esse sub vmbra. Casus vero est tempus quo luminare cadit in eclipsim scilicet a principio eclipsis vsq; ad medium: sed tempus a medio eclipsis vsq; ad finem dici potest euasio. ¶ Notandum etiam ꝙ cum vmbra terre vt diximus semper terminet ad nadir solis: necesse est ꝙ tm̄ precise moueatur conus vmbre in celo sicut centrum solis. cum igitur luna appropinquat vmbre oportet comparare motū lune ad motum vmbre. ideo astrologi īuestigāt tunc excessum motus lune super motum solis: qui etiam est motus vmbre ad cognoscendum certum tempus et durationem eclipsis. si enim vmbra nō moueretur luna citius perueniret ad eclipsim minusq; duraret eclipsis. similiter etiā oportet intelligere circa eclipsim solis ꝙ oportet comparare motum lune ad motum solis.

¶ Textus. Minuta more. Exponit secundū terminum pertinentem ad durationem eclipsis lune scicilicet minuta more dimidie significat enim apud astrologos minuta zodiaci quib9 motus lune superat motum solis in eo tempore q̄d est a principio totalis obscurationis vsq; ad medium eclipsis iam dictum mora autem significat tempus totalis obscurationis lune. id est q̃ diu tota luna est in vmbra qūomodo autem per ista minuta casus aut more duratio eclipsis cognoscat paulo post apparebit. ¶ Textus. Minuta casus. Declarat vnicum terminum pertinentem ad durationem eclipsis solis scilicet minuta casus in eclipsi solari. sūt enim minuta zodiaci quibus motus lune superat motum solis a principio eclipsis vsq; ad medium eius quod est quando centrum lune peruenit ad centrū solis vel in eius directum. In sole autem non assignātur minuta more. quia eclipsis vel nullam vel admodum paruam morulam habet. cū enī sol sit multo maior luna vix potest luna totum solem obumbrare et ideo quādo totum eclipsat non potest diu durare totalis illa solis occultatio supra lunam: sed q̃cito totus sol eclipsatus est: tam cito incipit aliqua pars eius apparere. Quare eclipsis sol nō h3 moram

¶ Deinde ibi. Unde si. Ostendit quomodo per supradicta minuta casus aut more cognoscantur durationes eclipsium solis ꝛ lune. cognoscitur enim tempus talis durationis hoc modo accipiatur motus lune in hora per suam tabulam et sit. v.g. 32. minuta cum medio accipiat etiam motus solis in hora tempore eclipsis per suam quoq; tabulam et sit. 2. minuta cum medio. ꝛ q2 motus solis est minor subtrahatur a motu lune et remanebunt. 30. et sit diuisor. accipiantur etiā minuta casus in eclipsi lunari aut solari: vl etiā minuta more vt verbigratia. minuta casus ī aliqua eclipsi lune sint. 30. et sit numerus diuidendus. tunc minuatur ista casus ꝭm artem algorismi per superationem lune in hora scilicet per 30. minuta diuidantur: et numerus quotiens inde proueniens sunt hore. et patet ꝙ diuidendo 50. per triginta numerus quotiens est vnitas. id est vna hora. deinde residuum ex diuisione scilicet viginti minuta multiplicentur per sexaginta. et prouenient. 1200. qui numerus iterum diuidatur per superationem lune in hora scilicet. per. 30. et numerus quotiens inde proueniens. scilicet. 40. erunt minuta hore. Et si aliquid ex hac diuisiōe fuerit residuum iterum multiplicetur per. 60. ꝛ numerus inde proueniens iterum

diuidatur per superationē lune in hora et nume
rus quotiens erunt secunda horarum et sic ap=
parebit duratio eclypsis per horas et minuta et
secunda. Si aūt minuta casus essent ita pauca:
ꝙ non possent diuidi per superationē lune in ho
ra multiplicentur per.60.et productū diuidatur
per superationem lune in hora ⁊ numerus quo=
tiēs erūt minuta horarum: et tūc duratio illius
eclypsis nullam haberet horam sed minuta ⁊ a
lias fractiones sequentes. Et eodē modo esset
operandū in minutis more eclipsis lune ⁊ in mi
nutis casus eclipsis solis ad habendā duratio=
nem more lune sub vmbra et durationē eclipsis

ꝙ astrolo=logi solā dimidiā duratio=nem eclipsis ꝯputant.

solis. ¶ Sed circa hoc aduertendū ꝙ astrologi
solum accipiūt minuta casus ⁊ minuta more di
midie nō autem minuta euasionis aut alterius
medietatis more: quia in quolibet toto omnes
partes eiusdem denominatiōis sunt equales et
scita ꝗtitate vnius scitur ꝗtitas cuiuslibꝫ alte
rius. casus autē et euasio sunt partes eiusdē de
nominationis in duratione eclypsis scilicet me=
dietates. silr etiam due dimidie more sunt par=
tes eiusdē denoīationis in duratiōe totalis ob=
scurationis. ⁊ idō habitis minutis casus habenẗ
⁊ minuta euasionis et habitis minutis dimidie
more habentur ⁊ minute alterius dimidie. vnde
etiam scita duratione casus sciẗ et duratio eua=
sionis et scita dimidia mora sciẗ et alia dimidia
vnde ꝑ operationem supra dictā nō haberentur
nisi hore ⁊ minuta medietatis eclypsis vel me=
dietatis more scꝫ a pricipio eclypsis vsqꝫ ad me
dium eius vel a pricipio more vsqꝫ ad medium
eius. illo autem tempore duplato haberetur tē=
pus totius eclypsis. quando autem eclypsis lu=
ne est totalis ⁊ cū mora tūc casus ⁊ dimidia mo
ra sunt medietas eclypsis: sꝫ in eclypsi lunari si
ne mora et etiam in eclypsi solaris solꝰ casus est
medietas eclypsis. ¶ Textus. Diameter solis
Exponit alios terminos pertinētes ad diuersi=
tates durationum eclypsiū vbi notandum est ꝙ
eclypsis totalis lune cū mora ⁊ etiā eclypsis to
talis solis aliquando maioris aliquando mino=
ris sunt durationis. ⁊ etiam eclypsis solis tota=
lis aliquādo obscurior aliquādo minus obscu=
ra est: ⁊ hoc est propter maiorē vł minorē solis
aut lune a terra remotionem in suis orbibus ec
centricis. primo ergo exponit terminos ꝑtinen
tes ad diuersitatem duratiōis eclypsis solis. se
cundo ꝑtinentes ad diuersitatē durationis ecli=
psis lune ibi. Dū sol. ꝗtum ad primū duo facit.
quia primo expōit dictos terminos. secūdo in=
fert vnū correlariū ibi. Quare sequitur. Circa
primū exponit duos terminos. secūdū ibi. Sed
dyameter. Primus ergo terminus est diameter
solis visualis. est enim illa dyameter circuli so=
laris que nobis quātitatem solis visualem mē
surat. et hec sole existente in auge sui eccentrici
31. minuta eclyptice cordat. id ē apparet illa dya
meter solis tāta ꝗta est corda vnius arcus ecli
ptice. 31. minutoꝝ que sunt fere medietas vnius
gradus. Sed quādo sol est in opposito augis ec
centrici dyameter visualis solis est sicut corda
arcus eclyptice. 34. minutorum quia tūc sol ma
ior apparet cum sit nobis propinquior. Quādo
autē sol in alijs locis sui eccētrici fuerit: hec est
regula inueniēdi dyametrū solis visualem. que=
ratur tūc motꝰ solis in hora hoc est minuta zo=
diaci que sol pertransit in vna hora quando est
in tali situ ⁊ ille arcus eclyptice se habet ad arcū
quem cordat dyameter visualis solis in eodem
situ in ꝓportione sicut quiqꝫ ad. 66. que est sub
tredecupla/sesquiquinta. ꝟ. ḡ. si sol esset in lōgi=
tudine media sui eccentrici et motus eius in ho
ra esset. 2. minuta cum medio dyameter visua=
lis eius chordaret fere. 33. minuta. ¶ Textus.
Sed dyameter. Exponit tertium terminū. s. q̇d
est diameter lune visualis ⁊ quomodo varíatur
vbi notandum est ꝙ in omni coniunctiōe solis
⁊ lune similiter ⁊ in omni oppositione epiciclus
lune est in auge sui eccentrici. ꝙ ergo in vna ecli
psi solis sit luna propinquior aut remotior a no
bis ꝗ in alia non prouenit nisi ex parte epicicli
lune. sic ergo dicit ꝙ dyameter visualis lune (q̄
quantitatem apparentem lune nobis mēsurat)
luna existente in auge eccētrici ⁊ epicicli. 29. mi=
nuta ecliptice chordat. id est apparet corda arcꝰ
29. minutorum ecliptice. Sed quando luna est
in auge eccentrici et in opposito augis epicicli:
tūc dyameter visualis eius. 36. minuta eclipti=
ce chordat: quia tūc luna apꝑet maior ⁊ est ter=
re propinquior. In alijs autē locis epicicli luna
existente si epiciclus in auge eccētrici fuerit hec
est regula dyametri visualis eiꝰ quoniam motꝰ
lune in hora in tali situ epicicli se habet ad arcū
quem chordat dyameter visualis eiꝰ in eodē si=
tu sicut. 43. ad. 47. hoc est in proportione sesq̄
quadragesimaseptima. vt. ꝟ. ḡ. si luna esset ī au
ge eccentrici et in longitudine media epicicli et
motus eius in hora esset. 31. minuta zodiaci: tūc
dyameter visualis eius. 30. minuta ⁊. 22. secūda
chordaret. ¶ Textus. Quare sequitur. Infert
vnū pulchrū correlariū cuiusdam cōmunis du=
bitationis solutiuū quomō scꝫ cū luna sit mul=
to minor sole potest ipsum totū eclipsare: ita vt
aliquando per interpositionem lune eclipsis so
lis fiat totalis. Et respondet ꝙ ex predictis pꝫ
hoc esse possibile: dictū est enim ꝙ dyameter vi=
sualis lune aliquando est equalis aut maior ꝗ
dyameter visualis solis: ergo possibile est lunā
totum solem nobis occultare. eclipsis enim so=
lis vt dictum est non est priuatio luminis in so=
le. sꝫ sola obumbratio que nō fit nisi ad apꝑꝑen=
tiam aspectuū nostrorum. si ergo quantitas vi=
sibilis lune aliquando maior est quantitate visi
bili solis poterit nobis totum solem occultare.
Et ꝯfirmatur hoc. quia ꝺm perspectiuos vt su=
pra capitulo pͥmo diximus radij visuales solis
veniunt ad nos pyramidaliter et ad angulū con
currētes. cum ergo luna sit nobis valde propin
qua occurrens angustie pyramidis quādoqꝫ oc
cupat totam latitudinem pyramidis. et sic oc=
cultat totam basim. sicut etiam quandoqꝫ vide
mus ꝙ vnus homo ante nos positus occultat
nobis magnum montem ꝓpter eādem causam
¶ Textus. Dum sol in auge. Exponit aliū ter
minum ꝑtinentem ad diuersitatē duratiōis ecli
psis lune qui est dyameter vmbre. vbi notandū
est ꝙ quando est eclipsis totalis lune ⁊ cū mora
aliquando est maior: aliquando minor duratio
eclipsis: etiam existente luna in eodem loco epi
cicli et eccentrici ꝙ nō nisi propter crementum
⁊ decrementum vmbre terre potest contingere.

Declarat ꝫ quomodo pyramis vmbre aliquando est latior aliquando vero subtilior dicens ꝙ quando sol est in auge sui orbis eccentrici vmbra terre est latior quia minor portio terre tunc illuminatur q̄ꝫ sole alibi existēte propter maiorem scꝫ a terra distantiam. sicut etiā perspectiui dicunt ꝙ maior pars lune illuminatur in coniū ctione q̄ꝫ in oppositiōe ei⁹ ad solē propter maiorem propinquitatem. Dyameter ergo transuersalis vmbre (que scilicet mensurat latitudinem pyramidis in loco transit⁹ lune) quando sol est in auge eccētrici sui se habet ad dyametrum visualem lune sicut. 13. ad. 5. hoc est in proportione dupla super tripartiente quintas. Sed quando sol est in aliis locis eccētrici dicta dyameter vmbre in eodem loco est minor quanta autem sit hoc modo iuenietur accipiatur motus solis in hora dum sol est in auge: vt verbi gratia duo minuta et. 20. secūda accipiatur iterum motus solis in hora quando sol est in alio loco eccentrici scilicet ad mediam longitudinē et si. 2. minuta et. 30. secunda. excessus vnius motus ad alterum est. 10. secūda iste autem excessus decupletur et fient. 100. secunda tunc capiatur corda arcus ecliptice. 100. secundorū ⁊ tanto maior est dyameter vmbre quādo sol est in auge eccentrici quam dyameter vmbre dum sol est i longitudine media q̄ꝫta est illa corda arcus predicti.

¶ Textus Et notandum. Hec est secunda particula huius partis in qua determinatur de eclipsibus aliorum quinqꝫ planetarum a luminaribus et determinatio sua facilis habet duas partes. prima est ꝙ nullus aliorum quinqꝫ planetarum potest eclipsari eomodo quo luna eclipsatur scilicet per casum in vmbram terre. secunda pars est ꝙ omnes alii planete a luna ⁊ etiā multe stelle fixe que scilicet sunt in zodiaco vel ꝓpe possunt eclipsari eomodo quo sol eclipsatur scꝫ per interpositionem lune vel alterius planete. Prima pars patet qꝛ nulla stella siue erratica, siue fixa supra solem potest intrare vmbram terre qꝛ illa non pertingit nisi vsqꝫ ad celum mercurii Sed de venere et mercurio probatur qꝛ vmbra terre vt dictum est semper dirigitur ad nadir solis. hii autem duo planete non tantum recedunt a sole vt veniant aliquando ad oppositionem eius. quoniam venus quando plus distat a sole est per duo signa. mercurius autem nunq̄ꝫ vltra vnum signum. vnde hii duo communiter dicuntur satellites solis. Secunda pars probata est supra cum de ordine celorum iquireremus omnis enim stella inferior potest superiorē sub zodiaco eclipsare. ¶ Sed circa hoc dubitatur qꝛ cum luna vt dictum est vmbram iaciat in presentia solis: videtur ꝙ planete superiores possunt intrare vmbram lune et eclipsari. Et itē venus ⁊ mercurius cum sint inferiores sole deberent aliquando ipsum eclipsare sicut luna facit ꝙ tn̄ nūq̄ꝫ videmus. Ad primum dubium dicitur ꝙ tres planete superiores nō possunt intrare vmbram lune. quia cū luna sit multo minor terra ⁊ multo propinquior soli: multo etiam minorem habebit vmbram. vnde non poterit pertingere vsqꝫ ad celum martis, maior enī distantia est a luna vsqꝫ ad martem plusq̄ꝫ in decuplo q̄ꝫ a terra vsqꝫ ad mercuriū vbi terminatur vmbra terre Venus etiam ⁊ mercurius non possunt intrare vmbram lune qꝛ vmbra illa non recte sursum porrigitur nisi quādo luna est in oppositione solis ad quam oppositionem isti planete nunq̄ꝫ ꝑueniūt vt diximus qꝛ semper stant iuxta solem Luna autē quādo est iuxta solem scilicet in primis et in vltimis septem diebus mēsis lunaris vmbram suam neqꝫ directe sursum neqꝫ directe deorsum ad terram sed lateraliter extra terram sub concauo orbis lune porrigit. sic igitur nullus planetarum preter lunam potest eclipsari ꝓpter casum eorum in vmbrā. nisi forte quis vellet dicere ꝙ alii planete quinqꝫ vmbras proiiciunt in presentia solis ⁊ seipsos eclipsant quod tamen non est probabile cum sint corpora dyaphana ¶ Ad secundum dubium dicitur ꝙ mercurius est multo minor luna atqꝫ a terra remotior. ideo nec totam pyramidem solis nec partem notabilem eius occupat et sic quando mercurius est sub centro solis dyametraliter imperceptibilis redditur et nichil sensibile de sole eclipsat. De venere autem idem dicendum est licet enim ipsa sit modico maior luna tamen multo distantior a terra est q̄ꝫ luna vnde pyramis radiosa solis in celo veneris latissima est ⁊ nō posset venus sensibilem partem eius impedire nec solem sensibiliter eclipsare. vel dicēdum vt pri⁹ ꝙ isti duo planete non sunt corpora oppaca et vmbrosa sed peruia et perspicua ideo nō obumbrant nobis claritatem solis. Et dato ꝙ essent corpora vmbrosa dicitur ꝙ vmbre eoꝝ non pertingunt vsqꝫ ad nos propter causam dictam scꝫ qꝛ multo anteq̄ꝫ ad terram pertingant terminātur et non apparent sicut vmbra lune. veruntamen si quis artificiose hora coniunctionis solis et horum duorum planetarū corpus solare posset intueri forte puncturam aliquam nigram in circulo solari notare posset. ¶ Textus. Ex predictis patet. Hec est tertia particula huius partis i qua ex hiis que dicta sunt circa eclipsim solis auctor tanq̄ꝫ vir catholicus et verus christicola ifert deuotissimū correlariū quo totum opus suum et precipue hanc tertiam partem huius quarti capituli ordinat: et dirigit incultum obsequium ⁊ honorem dei. Vbi notandum est ꝙ licet astrologia a multis satis inconsiderate iudicetur superstitiosa et dampnanda velut falsa et sacre doctrine aduersa. tamen si vt Ptholemeus dicit in principio quadripartiti ipsam via phisica et modo naturali velimus accipere non superstitiosa aut vana sed dignissima doctrina et inter sacre sapientie ancillas precipua apparebit Vnde qui omni superstitione dimissa eam voluerit perscrutari multa et magna diuineqꝫ scientie subseruientia et que in maiestatis diuine admirationem inducūt ex ea poterit elicere. vt enim iuxta principium huius libri diximus de nullo magis sapientiam/potentiam/et bonitatem dei admiramur quam de celorum et astrorum ornatissima compage que astrologie theorematibus cognoscitur. Inter cetera autem in quibus liberalissima hec doctrina imperiali sue: domine sacre scientie inseruit potissimum est ꝙ circa maximum miraculorum tempore passionis christi factum et docet et monstrat. tunc enī vt hystoria tradit euāgelica cum

Ad secūdam

Q5 astrologia valde seruit theologie.

ctis stupentibus ab hora sexta vsq; ad horã nonam sol obscuratus est et tenebre facte sunt sup vniuersam terram. dies autem passionis christi erat luna quintadecima scilicet dies opposit͞ois luminariũ: quia vt euangeliste dicunt: christus prima die azimorum passus est. s. in die sancto pasche q Exodi. 12. quintadecima die mẽsis primi iussum est celebrari. cum igitur supra astrologia nos docuerit eclipsim vel obscurationem solis naturalit' nõ posse fieri nisi in nouilunio scilicet prima die lune cum ipsa soli coniũcta est: sequitur necessario q illa eclipsis solis non fuit naturalis sed pure miraculosa et supra naturam.

Quinq; miracula eclipsis solis ĩ passione dñi

Et quidem si bene inspiciamus quinq; maxima miracula fuerunt in hac eclipsi.

Primũ.

Primũ fuit ex parte temporis et hoc etiam tangit textus quia scz illa erat dies pleniluniĳ et non nouiluniĳ vt contingit in aliĳs eclipsibus.

Secũdũ

Secundum miraculũ fuit ex cursu lune que naturaliter motu proprio ab occidente in oriẽtem progreditur. in hac autem eclipsi visa fuit a Dyonisio vt infra pbabitur citissime veniens ab oriente versus meridiẽ vsq; dum stetit sub sole. vbi per tres horas quieuit et claritatem solis hominibus obumbrauit postea vero ad proprium locum versus oriẽtem fere in instanti regressa est. et sic hora sexta et hora nona visa fuit sub sole. sed vesperi sole occidente ipsa in oriẽte apparuit soli opposita.

Tertiuz

Tertium miraculum fuit ex parte a qua incepit eclipsis: quia vt supra dictum est omnis eclipsis naturalis solis incipit a parte occidẽtali corporis solis: sed tunc illa eclipsis incepit a parte solis orientali: vt enim diximus luna retrocessit ab oriente versus meridiem et sic primo tetigit solem ex parte oriẽtali.

Quartũ

Quartum miraculum fuit ex parte a qua sol lucere incepit post eclipsim: quia in aliĳs eclipsibus pars solis que primo occultatur primo apparet post medium eclipsis. sed in hac eclipsi pars occidẽtalis solis que postremo fuit eclipsata primo detecta fuit. contra vero de parte orientali: eo q luna non pertransiuit solem sed stetit sub eo: et postea retrocessit.

Quintũ

Quintum miraculum fuit ex duratiõe eclipsis quia vt dictum est supra eclipsis solis que naturaliter fit aut nullam aut paruulam habet morã sed in hac eclipsi vt euangeliste dicunt fuit mora trium horarum naturalium scz ab hora sexta vsq; ad horam nonam.

Aliud miraculum

Aliud miraculum ponit Hieronymus quia scz sol nõ modo ex interpositione lune obscuratus est sed ipse radios suos retraxit vt vel dominũ pendentem in cruce nõ videret vel ne crucifigentes et blasphemantes christum sua luce fruerẽtur.

Questio

¶ Si autẽ aliquis querat cur de tam horrenda taq; mirabili eclipsi astrologi aut philosophi illius temporis nullam reliquerũt memoriã in libris suis.

Solutio origenis

Ad hoc dicit Origenes q hec eclipsis nõ apparuit nisi in terra iuda in qua christus omnia sua miracula voluit ostẽdere. et hoc vult dicere textus euãgelicus cum ait super vniuersam terrã scz iuda quod a simili confirmat per illud quod dicitur tertio regũ: viuit dominus deus tuus si est gẽs aut regnum vbi nõ miserit me dominus meus querere te. vbi intelligit de gẽtibus que sunt circa iuda.

Alia solutio

Aliĳ tñ doctores dicũt q illa eclipsis apparuit in vniuersa terra habitabili super cui' hemisperium tunc erat sol. veruntamen astrologi illius temporis non aduertebant nec putabant q in tali die deberet fieri eclipsis solis cum esset luminarium oppositio: ideo forte putauerũt q hec solis obscuratio esset ex aliqua nube spissa soli supposita et neglexerunt amplius aduertere. Sed cũ in egipto nulle vnq; fiãt nubes ideo philosophi et astrologi qui tunc illic aderãt hoc tam grande portentum notauerunt in scriptis suis memoriam relinquerunt.

Eusebi'

vnde Eusebius refert q Flegon qui olinpiadum egregius supputator fuit libro. xiiĳ. de hac eclipsi sic ait olimpiade. 202. magna et excellens inter omnes que ante eam acciderãt defectio solis facta dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus vt stelle in celo vise sint terreq; motus in bitinia nicene vrbis multas edes subuerterit. Sed vt Origenes dicit hic flegon declarauit hoc factũ fuisse sub tyberio cesare. non tamen expressit tũc fuisse oppositionem luminarium.

Beatus Dionysius galliorum apostolus.

Dionysius etiã de quo textus mentionem facit: et qui tunc erat in egypto non athenis vt quidam putant in epistola ad Policarpum dicit se hanc eclipsim solis vidisse/et miracula iam notata per ordinem narrat. ait enim inopinabiliter soli lunam incidentem videbamus in egypto existentes. Unde tanto prodigio stupefactus ad eos qui secuz aderant dixit. Aut deus natur patitur: aut mũdi machina dissoluitur. quia fide quadam occulta seu instinctu spiritus sancti redẽptionis nostre et fructifere christi passionis mysterium cognouit: qua delicta nostra ptulit et paradisi portas illuc vsq; clausas aperuit vnigenitus dei filius: quo nos perducere dignetur ille in cui' nomine omne genu flectatur et sine fine viuit et regnat deus vnus.

Amen.

¶ Et sic est finis hui' egregĳ tractat' de sphera mundi Johannis de sacro busco anglici et doctoris Parisiensis. vnacum textualibus/optimisq; additionibus: ac vberrimo cõmẽtario Petri Ciruelli daroceñ. ex ea parte tarraconeñ hyspanie quam Aragoniam et celtiberiam dicunt oriundi. Atq; insertis per subtilibus questionibus reuerẽdissimi domini cardinalis Petri de Aliaco ingeniosissimi doctoris quoq; parisiensis. Impressum est hoc opusculum Anno dominice natiuitatis. 1515. in mẽse Augusti Parisius. Impensis Johannis Petit commorãte in vico diui Jacobi ad intersignium Liliĳ aurei.

P. C. D. In additiones imutatiōesꝗ opusculi de sphera mundi nuper editas disputatorius dyalogus Interlocutores Darocensis et Burgensis.

Magna profecto est quorūdam hominum vesania: qui indignum ⁊ crudele putant antiquorum dicta (et si ad maiorem veritatis elucidatiōem id fiat) quempiam aut corrigere aut immutare. quasi eorū hoc pacto nomina denigrentur in eternum ve alias permansura deleantur. Nec ea nempe paucos admodū fefellit opinio. neminē certe videas qui equo animo et nō quasi subiratus veterū auctorum monumenta quoquomodo verti aut reprehendi audiat. Sed nec me hoc a spherici opusculi additionum/ ac textus quarundam immutationum editio me deterrebit communi vtilitati pro virili mea satisfacere studētem tā ⁊ si quam plurimos esse sciā et quidem amicissimos qui me temeritatis arguant ⁊ leuitatem impingant. Sed quis hic est quem michi obuium conspicio procedentem. Meus forte gunsalus est. et certe is ipsiꝰ est nisi fallor. Nescio quid animū eius angit aut qua sollicitudine vexatur video lentum incessum defixosꝗ humi oculos ⁊ incomposite vestis incuriam? Ibo ⁊ ei rem hanc aperiam consilium super ea petiturus. ingeniosus nanꝗ est et liberalibus disciplinis apprime eruditus. Saluꝰ sis mi gūsale Burgeñ. Tu quoꝗ suauissime petre salueto. Quid hic labentis sequane fluxus spectans agebas? An reflexos occumbentis solis radios speculabare? Expertus ne es in concursu radiȷ̄ cum catheco ymaginē apparere vti perspectiuam communem explanans nobis demōstrasti? D Idipsum. Sed tu quid mihi subtristis veniens videbare? B Nō possum tibi mētem meā nō aperire. Audiui et certo scio te preclaras commentationes in spheram Johannis de sacro busto (viri sentētia mea in astronomia peritissimi vt eius plura demōstrāt scripta) edidisse. D Noui quorsum istec. B Sz audi obsecro rem totam. D Fare vt lubet. me tibi faciles prestare aures decet qui id a te potissimum optem. B Nec id tibi satis visuz est nisi auctoris etiam ipsius (quē nec iniuria multa ante nos secula coluerunt) textum plerisꝗ in locis immutares: atꝗ vt ita dixerim inouares D Et tu haud quaꝗ hoc recte factū arbitrareris? B Recte? D Quid ni? B Quid qđ virum tam multa etate ꝓbatum nequaꝗ sine dedecore a quopiā incusari posse existimo. D Nosti philosophoꝝ īgenia q̄ vt veritatem semper in honore ceteris āte ferrēt: vetustissimis auctoribus ac preceptoribus carissimis contradicere non erubuerunt. Reprehēdit enim Platonem oēsꝗ pene maiores suos Aristoteles. B Et multis ob hoc temporibus cachodemō habitꝰ apud Athenas ⁊ post mortē omnium fere ore vocatus. D Ah ha. vulgꝰ hec o amice existimauit non docti non boni non deniꝗ sapientes. qui eum cunctis et preteritis/ et futuris facile anteferendum iudicarunt: et philosophorum principem constituerunt. Non dum hieronymum legisti mira de eius laudibꝰ scribentem. B. Recte ais. Monstrum ei nomē indidit. D. Facetus es. Sed missa istec ridicula facias. cuius queso philosophorum doctrinam tam multi coluere mortales? cuiꝰ vnꝗ scripta tamdiu integra et in corrupta mansere. B. Nullius.

[Baptista mantuanus.] Nec tamē eo illi gloria parta est ꝙ platonis doctissimi ac sanctissimi preceptoris sententie fuerit obuius. sed ꝙ vt quidam ex nr̄is ait. hoīm figmēta perosus. Lincia in ethereos attollens lumina vultꝰ. Vidit in hac vnū mūdi testudine numen. ⁊ oīm pene generum dogmata calluit q̄ diuino quodā stillo posteris scripta reliquit. D. Et tu mecū sentis. Nec enim nobis ideo nomen aliquod speramꝰ (si tñ q̄rendꝰ honos est) ꝙ tanti auctoris verba nōnūꝗ ⁊ sententias immutauerimus. sed ꝙ veritatā (vti dominus concessit) plene patefacere anhelantes ea inseruimus que nobis necessaria visa sūt ex egregijs sapientium virorum monumentis excerpta.

[Petrus Paulus Origenes.] sed vt plenius tibi satisfaciā nōne Paulus apostolorum principem. Petrum reprehendit? B. Quia scz vbi scandali periculum imminebat ei parcēdū nō putauit. D. Audi etiam ⁊ alios. que cedo etas Origenis laudes non celebrabit? aut que nam virum aliquem vnquam habuit origene doctrina clariorem? B Multa eius scripta nequaꝗ fidei veritati consonāt. D. Pleraꝗ tamen diuine scripsit. verum nec ei in errore vel minimo deprehenso parcit Augustinus.

[Caprianus. Augustinus. Hieronimus] qui Ciprianum etiam martyrȷ̄ laurea iamiam donatum in multis carpsit. sed satis fuerint Hieronimus ⁊ augꝰ sacroꝝ doctorū precipui sese mutua reprehēsione (vbi opus erat) ꝓsecuti. quid hic dicas? quid cōtraiscere poteris iam superest vt mecum sentias et in hac editione michi adiutor sis. quid enim respondere valeas tantorum virorum exemplis adductis quibus id me honeste facere posse monstraui? B. Subcumbam tandem vt video. sed nichil huscꝗ actum putes. multa eniz clarissimis illis viris licuere: que nos honeste agere nequimus aliorum tibi argumento opus est ad hanc rē clarius cōmonstrandam. D. Bonam de te spem concipio: sed quoniam alios petis dabunt ⁊ alij. B. Est etiam aliud quod te ab hoc opere potissimum arceat ⁊ tu ipse cum noueris facile acquiesces. D. Et quidam illud est? B Scies postea. inceptum nunc sequere. D. Truncato capite oriri capita video. faciundum tamen est quod postulas. sed dic oro quid id est? B Id quod infelicem codrum ꝑdidisse satyricus narrat. sed tu tempus assidua interrogatione protrahens alios coniectare quos in medium afferas. D. Haud recte concipis. tanta enim turba est vt non facile vel paucissimos commemorare valeam. B. Callidus certe es. nouo adhuc prohemio vteris narrationem spectans. inuocastim? D. Te non ab re semper amaui qui michi ita iucundus sis. sed nunꝗ me hodie nisi contentis deseres. B. At qui hoc vel maxime opto. D. Ausculta igitur paucis.

[Petrꝰ lōbardus. thomas] Nosti quāto in honore Petri lombardi doctrina semper habita sit cuius sentētias theologi oēs quasi textum ɔminiscuntur: nec ideo tamē indubie ei in omnibus dictis credendum censent verum ipsum in plerisꝗ contemnunt Thomas etiā

soleonis doctor preceptores suos in multis
Scotus arguit. tota quoq; Johannis scoti doctrina cō
futationibus dictorum Thome et aliorum re
Nominales. ferta est. demū qui secuti sunt solertissimi. No
minales acerrima in vtrūq; spicula contorquēt
nec ob id tamen eorum aliquem minor fama se
quitur. Adessēt nobis multi alij aduocati quos
exterminatis laurea dotat mutius inter se al
tercationibus diffidentes clarissime propositū
ostensuri. Est enim animi ingenui alios si vsq;
vt homines errauerunt pie aut interpretari/aut
corrigere/semperq; veritatem pro viribus tue
ri. Nec quia priores peritissimi fuerunt poste
ris idcirco inueniende veritatis via clausa pu
tanda est. scientiarum enim velut fluminum
teste philosopho per continuam additionem
fiunt incrementi. Quare age cōceptum iam de
pone furorem/nec verbis verba repelle: sed ve
ritatem quam iamdudum vt video concepisti
pande propala ac pronuncia. B. Uideo te
iam defectum ꝛ tuoligone facile confossum iri
disceptationē hominum qui litteras sectantur
proposito tuo inseruire credidisti. D. Quod
scilicet vnde aliorum eterna manent nomina:
dedecus nobis non timeamus. D. Optime
loqueris. Sed quantā reipublice litterarie de
trimenta oppinantium diuersitas attulerit vel
tuipse commemora hunc enim euenit vt p pau
Horati⁹ cos inuenias preter Horatij documentum nul
lius addictos iurare in verba magistri. Is stoi
cus est. ille peripateticus. hic Thomam sequi
tur ille scotum alius deniq; alium. quod sequi
tur vt rari sint veritatis participes ꝛ tutores.
quid queso scolastico viro indignius turpi⁹ ve
q̄ discipline veritatiq; obuiare? at alicuius do
ctoris sectam pertinaciter profiteri obstaculuz
sapere cupienti noster asserit Aristoteles. D.
Nostrum dicis quem prius cachodemona pu
tasti? B. Astutus certe es iam prelibatione
vteris. Eya age responde si me tibi vis consen
tire. D. Respondebo vt iubes et si per diffi
cile sit obiecta reijcere nitar tamen vt cumq; da
bitur id efficere quod institui. Quod ex docto
rum altercatione accidisse ais vt paucissimi ve
ritatis lumen agnoscant: nichil vero simile est.
dubitatorum enim solutio (vt philosophus in
quit) veritatis quesite est manifestatio posterio
rum igitur argumenta priorum sententias elu
cidant atq; declarant. oportet itaq; dubitare i
quirentem quatenus vtriusq; partis auditis ra
tionibus / se datisq; affectibus intellectus ab
omni motu animi liber verum inuestiget. hoc
autem maxime fiet si que diuersi senserunt di
scutiantur et aliquo tanq̄ fundamento posito
quid alij de hoc quod queritur iudicent inspi
ciatur. non tamen doctorem aliquem ita imi
tari vt quicquid is dixerit omni putetur falsi
tate carere recte factum dixerim. id enim huma
ni ingenij fragilitas (deo specialiter non adiu
ta) non patitur. Sed nec id nostri parisij philo
Parisiē sophi faciunt qui q̄uis Aristotelis vt plurimū
ses phi vestigia sequentes aliorum tamen sententias
losophi. (qui preclara multa ei addiderunt) audire non
renuunt: nisi forte nōnulli qui non philosophie
sed pertinacie potius alumni cēsendi sunt. Nec
eorum hoc qui scripserunt vicio dandum ē sed

hominum potius ignauie imputādum luce igi
tur clari⁹ apparet quicquid obiecisti repulsum.
B Id tibi ita videt. superest tamē maior hu
ius negocij pars quāq; enim me etiā renitēte di
uersas hoim sententias perscrutari sciam inqui
renti plurimū ꝯducere ostēderis: vbi tn̄ cūcta de
monstrationum certitudine inuestigantur. (vt
in mathematicis quarum astrologia vehemen
tissima est fieri consueuit et a te ipso sepenume
ro audiui) nequaq̄ videt reprehensioni aut opi
nantium varietati locus esse. aut igitur auctor
hic (cuius sententias passim aut additione/ aut
immutatione corrigendas putasti) in cūctis de
lirus est (quod tantorum iudicia virorum qui
eum hucusq; secuti sunt falsum ostendunt) aut
in nullo prorsus carpendus erat. D Astrolo
giam amice Aristoteles phisicā magis q̄ ma
thematicam ostēdit: quod sc3 supremorum cor
porum motus potissimum perscrutatur. B
Scio quid velis subiungere ꝛ me debiliter tibi
multum instasse. Sed ad rem queso veniamus
et vtinam liber nobis daretur vt facilius singu
la possemus percurrere que ad cōmutanda aut
erradenda penitus iudicasti. D Ecce adest.
ad te eni deferebam vt iudicium tuum promere
res quod (vt video) communē vulgi opinionez
sequitur. ¶ Sed age nunc et loca singula reci
ta in quibus tibi male aliquid aut adiūxisse aut
littere ordinem conuertisse videmur. B Ex De addi
quattuor phemij ppositoꝝ primū nimis ꝯstri tionibus
xisti. quartū vero longo tractu dilatasti. D primi ca
Ita res exposcebat. precipua enim primi capi pituli
tuli inuestigatio circa formam mūdi versatur.
prohemij autem est eorum q̄ diserūtur pricipa
lia tātum pponere caput etiam quartum vt fa
cilius singula intelligerentur aliquantisper pro
traximus: cōmodum igitur fuit eius titulū am
pliare. sed minuta hec sunt perge vlterius. B
Duas tantum is auctor sphere diffinitiones et
abunde satis apposuerat. tu aūt tertiam quan
dā a te cogitatē premisisti. cui diuisionem a geo
metris non visam inseruisti. multaq; alia ibidē
nescio qua ductus ratione addidisti. D Due
ille sphere descriptiones quas homo hic ab Eu
clide et Theodosio sumpsit obscure ꝛ difficiles
sunt: et magis q̄ introductionem deceat. aliam
igitur faciliorem et si non verba mentem tamē
omnium geometrarum continentem antepone
re fuit necesse. qua pre via due alie facilius intel
liguntur. Inde vero sphere diuisionem ab autē
ticis geometris habitam subiunximus. duasq;
auctoris descriptiones alteri sectionis parti (vt
Euclidis ꝛ Theodosij specialiter spheram dif
finientium sensus clarior haberetur) aptaui
mus. orbem quoq; alterum prefate diuisionis
membrum (quem etiam auctor est paulo post
spheram sicut multi geometre appellauit) sta
tim diffiniuimus atq; distinximus. que ad quar
ti capitis intelligentiam non paruum momen
tum afferre videbuntur. axis preterea diffini
tionem quadam adiecta particula completam
effecimus. et demum predicta omnia ad mun
di corporei machinam (vt tractatus insinuare
tur intentio) applicauimus. B Recte fa
ctum. sed dic queso cū auctor iste sphere diuisio
nem eius diffinitioni (nec absurde) dyalecticos

.tificio subiunxerit: vt quid tu textu eius re-
cto forme mūdi disputationem subnectens ci-
litterā ꝑuertisti. D. Michi non peruertisse sȝ
conuertisse potius videor. prima nanqȝ diuisio-
ne quam secūdum substantiam dixit nō totam
sphere cōmunitatem sed spheram dūtaxat vni
uersi partiri intēdebat. que vniuersalis mundi
machine diuisione nondum habita poni non de
buit cum sit hec illius sub diuisio. Secunda au
tem per accidens scilicet sphere diuisionem ca-
piti secundo vbi de recto ꝛ obliquo orizonte sit
sermo reseruauim⁹. B. Nec iniuria prefecto.
vt quid enim neutiqȝ necessariam in sphere di-
uisionem apposuerit vniuerse compagis formā
pollicitus explanare non facile ꝯiectari possim
Sed nec quare tu decimam facias spheraȝ no-
uem solum ab auctore Ptholemeum Alphra-
ganum Thebit ceterosqȝ antiquos secuto suf-
ficienter enumeratis perpendere valeo. D.
Perpendes vt video quando rationi cedere in
cipis. Denus enim celorum mobilium numer⁹
a modernis astrologis congruētissime ponitur
qui triplicem octaue sphere cognoscunt latio-
nem. quos idcirco probauimus quod exarctissi
me omnium celestium motuum tabule Alphō-
sine hunc celorum numerum sibi prestituūt. B.
Genus ꝛ patriam p̄teferes qui clarissima hys-
pani principis monumenta pro viribus tueri ꝛ
ampliare conaris. D. Sic etiam quando ra-
tio consonat filios decet subditos. sed tu textū
prosequere. B. Ubi celi reuolutio sensibilib⁹
experimentis comprobatur commode satis vt
reor apparentia inferiorum motuū signa adie-
cisti. Sed dic michi cū de celi rotunditate agit
quare rationē Alphragani qua ꝓbat celū mul-
ti platerū lanūqȝ nō esse ꝑmutasti? D. Ape-
riam vt potero si litterā eius legeris. B. Si ce
lū inquit eēt planū aliqua ꝑs celi eēt nobis ꝓpī
quior alia / illa scȝ q̄ esset supra caput nostrū. D
Et si motu firmamenti angulus ad zenith no-
strum perueniat costa autem ad orizontem nū-
quid que supra caput nostrum esset stella nobis
propinquior ceteris esset que in orizonte? B.
Nequaqȝ et cognosco idcirco te non sine causa
sequentem etiam litteram immutasse preceden
tiqȝ concordem effecisse. Et que iuxta rotundi-
tatem / ordinem / motum / ꝛ quantitatem elemē
torem apposita sunt non paruam vtilitatem cū
his commentationibus allatura. Sed discutiē
da cetera sunt quo clarior michi ꝛ aliis veritas
elucescat. Ad secundum igitur capitulum trā-
seamus in quo pauca adiecisse videris litteram
etiam non multis in locis immutasse. D Nec
expediebat quidem nisi ꝙ vbi de zodiaco circu
lo agitur littere seriem ꝓ maiori facilitate trās
mutauimus. ꝛ nonnulla de longitudine ꝛ latitu
dine locorum habitabilium terre (que facilem
in cosmographiam Ptholemei aditū prebeāt)
circa meridianum et orizontem diseruimus. B
Uerum certe ais. pulchro enim ordine suis ī lo
cis cuncta inseruisti. Expediendum est tamen
id in quo sepius tam lectores q̄ȝ auditores ve-
lut insalebra herent cognituqȝ difficilimum pu
tant ortus scilicet et occasus signorum provt
astronomi sumunt. quem is duplicem rectum
scilicet ꝛ obliquum posuit tu tertiuȝ excogitās

...eq... ...otidem gradib⁹
...equinoctialis ascend... recta hec vero obli
qua faterer. ꝛ ꝙ nonnulla sint quibus neutrius
ortus diffinitio competere valeat. B. Ea vt
puto que triginta dumtaxat equatoris gradus
in suo ascensu committantur. D Ea ipsa. B.
Me quidem nonnunqȝ magna huius rei ambi
guitas tenuit que te audito pulsa omnis euanu
it. D. Hoc nichil est sed que sequuntur ple-
risqȝ ardua vixqȝ intelligibilia / aliis autem ve
ritati dissona visa sunt. B. Hos tu videris
probasse qui nouas regulas interserens ei⁹ tex
tum in hac parte omnino deleuisti. D. Nec id
abire factum cēsebis si modo michi auscultes.
quod vt leuius fiat eius verba profer. B. Et
est inquit sciendum ꝙ in sphera recta quattuor
quarte zodiaci īchoate a quattuor pūctis duo-
bus. s. solsticialibus ꝛ duobus equinoctialibus
adequantur suis ascensionibus / id est quantum
temporis consumit quarta zodiaci in suo ortu
in tanto tempore quarta equinoctialis illi con-
terminalis perorit ur. D. Cuius queso re no-
titiam hoc capitulum pollicebatur. B. Id ti-
tulus monstrat ortus scȝ et occasus signorum
in vtraqȝ sphera. D. Ut videlicet que signa re-
cta que ve obliqua vbiqȝ habitantibus oriātur
et occidant eo tradente cognoscamus. cum igi
tur non omnes partes zodiaci equas habeant
ascensiones et occasus opus fuit in aliquibus
eius arcubus equalitatem ascensionū inuenire
B. Et id quidem auctor iste belle admodum
explanauit cum quartas zodiaci ī sphera recta
sibiipsis in ortu ꝛ occasu per hoc equari osten-
dit: ꝙ cum qualibet earum nonaginta gradus
equinoctialis ascendunt atqȝ descendunt. D.
Potius igitur dicendum fuit id est quantum
tēporis consumit vna quarta zodiaci in suo or-
tu in tanto tempore alia quarta eiusdem zodia
ci ab eisdem punctis terminata perorit ur. simi-
liter ꝛ de occasu. B. Paruum quid hoc est fa
cileqȝ ex auctoris littera haberi potest. D. Nō
tamē ab omnibus presertim incipientibus qui
bus introducendis presens dirigebatur opus-
culum. Sed age q̄uis ad quartas equinoctia-
lis relatione facta id quod sequitur (partes il-
larum quartarum variantur nec habent equa-
lis ascensiones) forsan tibi sicut et aliis multis
difficultatem ingeret precipue quod in hui⁹ de-
clarationem paulo post subdit inquiens. Et no
tandum ꝙ non valet talis argumentatio: isti
duo arcus sunt equales et simul incipiunt oriri
ꝛ semꝑ maior pars oritur de vno q̄ȝ de reliquo
ergo ille arcus citius perorit ur / cuius maior
pars semper oriebatur. B. Quid hic nota
dignum inuenisti. licet enim cum tota zodiaci
quarta tota etiaȝ quarta equinoctialis oriatur
non tamen cum quantacunqȝ quarte signiferi
parte tanta quarte equatoris pars oritur vt po
te cum vno zodiaci signo non vnum equinoctia
lis signum sed quandoqȝ plus quandoqȝ min⁹
signo conscendit et sic partes ille variantur.
D. Pōn lectoris officio fungeris sane dū que-
ris dictorum intelligentiā hunc etenim sensum
ipse approbo. quem etiam in textu nouissime
apposito expressi. sic autem nolle se intelligi

em̄ sumatur [illegible]
cipio arietis vsq; [illegible] geminor[illegible]
maior pars oritur de quarta zodiaci quam de quarta equinoctialis sibi conterminabili:⁊ cetera. Alio igitur modo et quidez ab omni astrologica veritate alienissimo hanc partium varietatem accepit quam tu exposueris. B. Neq; hic sensus a veritate defferre michi videtur. D. Immo multum differt. assumpta enim ortus obliqui diffinitione prius habita ab omnibusq; concessa.⁊ hoc sub sumpto auctoris dicto vnuz manifeste falsum concluditur predicta scz omnia tria signa prime quarte zodiaci eorunq; opposita oblique oriri: reliqua vero sex signa recte sub equatore habitantibus ꝙ astrologorum etiam mediocriter docti facile negabunt. B. Mira quadam affectione huic homini aduersari conaris cum tamen ipse sane itelligi possit ratione enim a principio quarte facta semp alterius duarum quartarum simul orientiū vsq; ad earundem finem maiorem partem oriri vidimus, quod in dissolutione formate contra se argumentationis auctor palam ostendit. nec ortum rectum aut obliquū horum signorū (vt tu ei impigis) docere hic voluit. D. Hui. quorundam glosatorum quos inter exponendum textum castigauim⁹ opinione falleris. Illi quidem verbū hoc semper maior pars oritur id est orta est glosant: qui quam inepte dicant ibi videre poteris. Auctor vero ⁊ si non fecerit debuit tamen que signa recte que ve oblique in sphera recta oriantur et occidant diuisim quantum introductio patitur determinasse vt a principio promissis finem imponeret. B. Optime loqueris. ignauus enim doctor ē qui se multa ostēsurum promittit que postea tradere aut nequit aut negligit. Eundem quoq; errorem ei ascribendum putabis cum de ortu signorum in sphera obliqua loquens ait. due medietates zodiaci que sumuntur a duobus punctis equinoctialibus adequantur in suis ascensionibus partes autem illarum medietatum variantur secūdū suas ascensiones. quoniam in illa medietate ⁊c̄. D. Et re vera maiorē quanto medietas quartam magnitudine excedit. aut enim proposito non satisfacit: aut omnia sex signa q̄ sunt a p̄ncipio arietis vsq; ad finem virginis oblique: eorum autem opposita omnia recte oriri i sphera obliqua eodē modo concludit. quod quam falsum sit tabulas ascensionū aut astrolabium cōsulens experiri poteris. B. Necessario vteris argumento. nec quid pro eo responderi possit video. teq; philosophice reipublice non parum cōmodi hac tua editione adducturū conij cio qui materiam istam omnibus pene difficillimam tua opera sic per viam effeceris: atq; regulas de occasu signorum in vtraq; sphera ab auctore isto preter missas; modūq; ascensionūz signorum in diuersitate orizontis obliqui: et in plaga meridionali eidem ignotū tradidisti. D. Sed hec vt plenius intelligas. Tu qui tanto tēpore in hac auctoris nostri editiōe laborasti dic oro ex eius ipsius verbis que signa recta nascūtur que ve prona descendunt in sphera hec parisiensi. B. Medietates que a punctis equinoctialibus sumūtur sibi conterminatis equa[illegible]s medietatibus in ascensionibus adequari respondebo. D. Et ego idem querenti obliquū circuluz simul cum toto equinoctiali oriri equa facilitate subiungam. B. Non igitur recte responsum arbitraris. D. Tuipse iudica B. Nequaq̄ respondendum enim sigillatim fuit hec signa recte hec vero oblique ascendere quod auctor noster pretermisit. ⁊ tu hisce regulis vsus belle admodum perstrinxisti. D. Id preterea quod subiungitur a nemine vicio dandum forte putabis. B. Quid nam. D. Arcus autem inquit qui succedunt arieti vsq; in finem virginis in sphera obliqua minuūt ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuū in sphera recta quia minus oritur de equinoctiali. ⁊c̄. B. Ecquem hic errorem deprehendis? D. Crassus nimis patēsq; est ⁊ qui nulla queat tergiuersione celari. Cancer enim leo ⁊ virgo que sunt p̄me medietatis signa in sphera obliqua non minuūt sed ascensiones suas notabiliter augent. Econtra autem capricornus aquarius ⁊ pisces in secūda medietate ortu suo nimis diminuta videntur ab eo q̄d erat in sphera recta. B. Ita certe monstrant ascēsionū tabule. et ergo quidem hunc hominem cuncta que dixisset a clarissimis viris delegisse arbitratus magnam hucusq; ei fidem adhibui. D. Nec minorem deinceps adhibeas oportet. nullius enim vt diximus ex hoc auctoris nomē denigratur fama ve minuitur ꝙ nonnūq; ab alijs corrigatur. quandoquidem et ipse si adesset errorem q; perciperet seipsum corrigeret aut corrigentibus consentiret. Nec bene dicentibus solum vt noster dictat philosophus gratie habende sunt sed hijs etiam qui aliter enunciauerunt nec fuit vnq̄ tā grandis doctor (seclusis hijs qui sacros libros scripserunt) qui in multis nō cespitauerit. vnde Prouerbiū illud exortum ē quādoq; bon⁹ dormitat Homerus. omnes nāq; priores nostri quantum ipsi valuerūt coadiutores in veritatis adinuētiōe posteris sese p̄buerūt. quarte eos amore quodā ꝓsequi debem⁹ quoniam primi se in palestra hac nostra litteraria exercuerūt ⁊ tutum nobis patefecerunt aditum. hoc tamen pacto vt rationi sit semper plus q̄ auctoritati humane credendum. B. Ita faciundum censeo. sed cetera si qua sunt absolue D. Ea proponere tua interest. B. Cum de diuersitate dierum ⁊ noctium artificialium sermo est duplici eius rei causa existentie non absq; ratione te secundam prime ante posuisse opinor. D. Quia scilicet ortum ⁊ occasum diuersum signorum dierum ⁊ noctium diuersitas sequitur vnde ⁊ causa que ex ascensionum diuersitate sumitur prior atq; efficacior nobis visa est ea que ex inequalibus circulorum portionibus accipitur. B. Recte factum. nec recte minus clariorē climatis diffinitionē videris adiūxisse. D. Age dum quarti capitis additiones aggrediamur. B. Notandum inquit ꝙ sol habet vnicum circulum per quem mouetur in superficie linee ecli[illegible] ptice ⁊ est eccentricus. D. Rides, vt opinor [illegible] absonum elocutionis exordium. B. Ita ē [illegible] nanq; petulanti splene cachino. D. Quid q[illegible] in hoc capitulo auctor ostendendum propo[illegible]

rat. B. Proprios planetarum mot⁹ quos ꝑ
circulos eccentricos ⁊ epiciclos opiniõe Pthe
lemei saluare nitit. vnde ⁊ a circulis recte expor=
sus est. D. Nonne motus omnis corporis est.
B. Id phisica theoria demõstrat. D. Cir=
culis igitur qui corpora nõ sunt motus atribue
re non debuit. B. Fateor. D. Atq; idcirco
corporeorum orbiũ dispositiones quas ex Pur
bachij theoricis delegimus huic parti adnexui
mus: et hĩ motuum planetarum cause sũt. Cir
culos etiam quos nõ incõmode astrologi ymā=
ginantur auctoris littere conformiter adiunxi=
mus. De motibus quoq; none ⁊ stellate sphere
pauca quedã inseruimus. Necnon diuersas pla
netarum passiones explicauimus. B. Abun=
de certe cũcta complexus es. quibus neglectis
rei quesite vel minima noticia haberi nõ potuit.
Sed nichil hactenus de eclipsibus tetigimus:
quas hic michi semꝑ eclipsasse visus est: ita eñ
breuiter loquut⁹ est vt paucissima astrologo di=
gna notauerit generalia duntaxat nec ea omnia
intexens. D Nec ob hoc carpendus venit. tã
ta enim tanq̃ difficilia sunt que plenam de ecli=
psibus noticiam prebent vt longe multo maio=
rem tractatum expostulent/ q̃ introductionem
deceat. nos tamen pro virili nostra elaborauí=
mus: vt q̃uis omnia nota nõ fierent: que tamẽ
potissima visa sunt nequaq̃ pretermitterentur.
B Immo ita eclipsium tam luminariũ q̃ alia
rum stellarum causas/diffinitiones / et diuisio=
nes disseruisti: vt nichil pene intactum relinque
retur. D Terminos etiam nonnullos quãti=
tatem/durationem/varietatẽq; eclipsium cõcer
nentes quo singula clarius intelligerẽtur in cal
ce operis adieccimus. B. Probe certe admo=

... il pi...
... erciuisset. qui ita ...
pro... un ... at... tica hec callet vt al... is va-
ter nostris te... mporibus ... phõsus appareat. ad furtus.
de etiam ꝙ nostri amantissimus est: et nisi ꝙ ve
rum cognouisset consuluisset nichil. D Id lo
corum interualla nõ patiũtur noui tamen hoīs
ingenium qui cum recte ⁊ tantorum virorũ exẽ
plis me hec fecisse cognouerit: non poterit non
probare. Nec enim communi hominum morbo
laborat. B Nisi falsam hanc opinionem a me
repulisses que de patrie tue parentis laudibus
concinui (eam enim mirum immodum extolle=
re cõsuesti) edacibus flammis mãdassem: edes
tamen suis collegij petam ad te q̃primum de=
laturus. tu me interim operire et scapham con=
scẽde pisces hamo decepturus. D Abi igitur
B. Nunq̃ michi futurum putabam vt opinió
nem hanc ita contentus desererem: letor tamen
ꝙ nunc verum cognoscam. sed properãdum est
D. Grãde aliquid michi hodie effecisse videor
qui amicum ita a stulta estimatione deiecerim.
profuit tamẽ vnum quod et si nonnunq̃ verbis
tantum pugnatum est vbi tamen veritatem ra=
tio monstrauit illico acquiescere videbatur. sed
scio aliorum pertinaciam hac via deleri nõ pos=
se. qui ⁊ multi sint ⁊ nulla prorsus ratione ducã
tur. sed eccum ipsum redeuntem. festinus certe
es. B Quid piscatus est? D Poeticum illũ
quo me paulo ante deterruisti. B Ecce adsũt
carmina que in Daroce commẽdationem ludẽ=
tes coniecimus vtcunq; tenuis nostra Miner
ua concessit.

F I N I S.

[illegible]
Qui cupis ex paruo … noscere …
Huc ades ingentes Petri … cnosce labores.
Cuius mellifluo manat ab ore mellos.
Cui fauet ex alto deus ipse ⁊ sincera virgo
Quēq; latent clari sydera nulla poli.
Hunc daroca hesperie genuit gratissima tellus
Altera bethleem grandia dona tenens.
Nascentis domini teneros ea suscipit artus:
Hanc ille ingreditur menia nota petens.
Nam mahumet eis perculsi durius armis
Proponunt alto reddere corda deo.
Aragones cristo dediti. atq; expellere regno
Mauros. tunc ratiuam perfide gaza tenes
Hancq; berengarius non multo milite septus
Expugnaturus numina sancta vocat.
Et iubet extēplo bellantum turba virorum
Pandat presbytero crimina cuncta libens.
Ipse sed imprimis( ductores quinq; sequūtur
Quos prior intererat)non benefacta piat.
Dūq; sacro christi festinant corpore pasci
Prefecti et fundunt vota precesq; deo:
Ecce ruit vasti per summa cacumina montis.
Hostis: et indomitus prelia gaza ciet.
Lincunt sacra duces. concurritur agmine facto
In mauros. orcho plurima turba datur.
Victores redeunt fouit quos xp̄s Jhesus
Numine quo fretum dura timere nefas
Cristicole illesi morti non occubat vllus.
E quibus ast octo vulnera pauca premunt.
Dūq; panē viuū repetūt(quē forte sacerdos.
Cum putat attonitus cuncta parata neci:
Lintheolo inuoluēs nitido decliue sub antrum
Multa timens ipso clauserat in nemore).
Quot prius in mensa cerealia liba minister
Sacrarat: totidem carnea frusta vident.
Que lino illisa ⁊ rubeo concreta cruore
Non vi non vlla forte mouere queas
Non hec vulcanus nec adūco forcipe cyclops.
Auella. vires impulit ipse deus.
Obstupuere omnes. patrias mittunt ad vrbes
Qui mauros victos miraq; facta ferant.
Et simul exquirant que sit sententia cunctis:
In que nam sacrum menia corpus eat.
Miracloq; viri attoniti stipideq; puelle
Undiq; conueniunt cernere sacra auidi

…itur incertum studia in cōtraria vulgus.
…uros quisq; optat claudere sacra suos.
…a sed e multis placuit sententia tandem:
Donanda hec linquit munera tanta deo.
…xtruitur capsa auroq;/argentoq; superba
Quam preciosa nimis multaq; gēma tegit.
Huic sacra includunt. optantq; ex oībus vnā
Quadrupedē. hanc tanto pondere capsa iuit
Et ne forte domū repetat/pastus ve moretur.
Pratorum: gemino lumine destituunt
Subijciuntq; oneri. ducit deus ipse vagantem/
Nec errare sinit/qua sed oportet agit.
Per varias orbes nunc has nūc preterit illas.
Velox nec media sistitur illa via.
Insomnisq; manens /libauit flumina nunquā:
Nec pasta est multo pondera passa die.
Et darocā contra quod non via longa seiūgit
Templum/nunc clara relligione sacrum
Q͛d Marco obtulerat patrū canosa vetustas
Huic soliti ciues vota precesq; dare.
Destitit hic quadrupes lōgū testata laborē
Et subit casu viscera rupta dedit.
Cū primū Daroce conscendit menia rumor:
Gestaq; sunt cunctis iam patefacta viris:
Occurrunt leti domino iuuenesq; senesq;.
Atq; sacerdotum maxima turba ruit.
Excipiunt corpus/sacraq; in sede Marie.
Condunt miraclis splendet vbi assiduis.
Cūq; dei corpus gaudent celebrare per orbem
Cristigene/⁊ cenā cōmemorare sacram
Multoꝝ hic adsunt tunc agmina densa viroꝝ:
Qui Darocā ⁊ sacrū cernere corpus ament.
Quā multi inferni manes/q̄ꝫ spissa malorum
Turba: ⁊ quot classes fert mare veliuolum.
Tam multa hic varie videas discrimia lingue
Tam varios homines ciuitas vna capit.
Mendax nec tantum miratur grecus athenas:
Victrici ve aquille gloria tanta fuit:
Nobile q̄ꝫ Daroce clarūq; hyspania nomen
Tollit: et ad superos igneaq; astra refert.
Quare age quē clari delectant premia phebi:
Quem dulci gremio docta talia fouet:
Quē varios solis cursus phebesq; labores:
Horrida quem celi cognoscere signa iuuat:
Huc ades et docti perpendas dogmata lector
Petri. qui tantam gaudet habere matrem.
Hic tibi qua pugnax mundus compage tenet
Mōstrat. ⁊ ethereum que via corpus hꝫ.
Hic inq̄ꝫ v̄bis perstrinxit plurima paucis.
Hunc sequere ⁊ poteris grādia nosse. Uale.


= Libros Antiguos =
F. Puvill
Boters, 10 · Barcelona · Tel. 2217053
España

